
PRO CHRISTO ET PATRIA

CICERONIS
EPISTOLÆ
FAMILIARES

MEDIOL.









SYSTON PARK.





Ciceronis Epistolæ ad Familiares, *fine copy*, *in red morocco, gilt leaves*, EXTREMELY RARE, £21.

Without place or printer's name. MCCCCLXX.

See Dibdin's ***Bibliotheca Spenceriana*, *Vol. I. p.* 324**, for a description of this volume. De Bure and Panzer ascribe it to the press of ***Vindelin de Spira***; Laire and Santander call it the production of of ***Valdarfers***. Mr. Dibdin seems to incline to the latter opinion; and remarks, what no bibliographer had before noticed, that this edition appears to have been printed with **TWO DIFFERENT FONTS OF ROMAN TYPE.**

Coat of arms on cover
Roxburghe family

Cicero, Marcus Tullius
"Epistolae ad familiares. Milan
before Apr. 1472


£6.18.0

Very rare

P/+

[illegible]

1825



MARCI TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM FAMILI ARIVM LIBER PRIMVS.

M.T.CICERO.S.D.P. P. LENTVLO. PROCONSVLI.

GO omni officio ac potius pietate erga te cæteris satisfacio omnibus mihi ipse nunquam satisfacio Tanta enim magnitudo est tuorum erga me meritorum ut quoniam tu nisi perfecta re de me non conqeuisti ego quia non idem in tua causa efficio uitam mihi acerbã esse putem. In causa hæc sunt. Hamonius regis legatus aperte pecunia nos oppugnat. Res agitur per eosdem creditores per quos cũ tu aderas agebatur regis causa si qui sunt qui uelint qui pauci sunt omnes rem ad Pompeiũ deferri uolunt Senatus religionis calumniam non religione sed maliuolẽtia & illius regiæ largitiõis inuidia comprobat Pompeium & hortari & orare & iam liberius accusare & monere ut magnã infamiam fugiat nõ desistimus. Sed plane nec precibus nostris nec admonitionibus reliquit locum. Nam cum in sermone quottidiano tũ ĩ senatu palam sic egit causã tuã ut neque eloquentia maiore qsquã nec grauitate nec studio nec contentione agere potuerit cũ sũma testificatione tuorum in se officiorum & amoris erga te sui. Marcellinum tibi esse iratum scis Is hac regia causa excepta cæteris ĩ rebus se acerrimum tui defensorem fore ostendit. Quod dat accipimus: quod instituit referre de religione & sæpe iam rettulit ab eo deduci non potest Res ante idus acta sic est. Nam hæc idibus mane scripsi. Hortensii & mea & luculli sententia cedit religioni de exercitu: teneri enim res aliter non potest. Sed ex illo senatus consulto quod te referente factum est tibi decernit ut regem deducas quod commodo rem facere possis ut exercitum religio tollat te auctorem senatus retineat. Crassus tris legatos decerit nec excludit Pompeium. Censet enim etiam ex iis qui cum imperio sint. Bibulus tris legatos ex his qui priuati sunt. Huic assentiũtur reliqui consulares præter seruiliũ qui omnino reduci negat oportere: & uolcatium qui lupo referente Pompeio decernit & præter Affranium qui assentitur uolcatio quæ res auget suspicionem Põpeii uoluntatis. Nam aduertebatur Pompeii familiares assentire uolcatio. laboratur uehementer. Inclinata res est libõis & hypsei

non obſcuræ concurſatio & contentio omniumque pompeii fami liarium ſtudium in eam opinionem rem adduxerunt ut Pōpeius cupere uideatur. Cui qui nolunt iidem tibi quod eum ornaſti nō ſunt amici. Nos in cauſa auctoritatē eo minorem habemus quod tibi debemus. Gratiam autem noſtram extinguit hominum ſuſ picio. quod Pompeio ſe gratificari putāt. ut in rebus multo ante quam profectus es ab ipſo rege intimis & domeſticis Pompeii clam exulceratis deinde palam a conſularibus exagitatis & ī ſum mam inuidiam adductis ita uerſamur. noſtram fidem ōnes amo remque tui abſentis præſentiſque cognoſcent. ſi eſſet in his fides in quibus ſumma eſſe debebat non laboraremus.

. M. T. Cicero Publio Lentulo proconſuli ſalutem.

Dibus ianuariis ī ſenatu nihil eſt cōfectū Proterea quod di es magna ex parte conſūptus eſt altercatione Lentuli cōſu lis & Caninii tribuni plebis. eo die nos quoque multa uerba feci mus maxime que uiſi ſumus ſenatum cōmemoratione tuæ uolū tatis erga illum ordinem cōmouere. Itaque poſtridie placuit ut breuiter ſentētias diceremus. uidebatur enim reconciliata nobis uoluntas ſenatus eſſe quod tum dicendo tum ſingulis appelādis rogandiſque perſpexeram. Itaque cū ſententia prima Bibuli pro nuntiata eſſet ut tres legati regem reducerent. Secunda hortenſii ut tu ſine exercitu reduceres. Tertia uolcatii ut Pompeius reduce ret. Poſtulatum eſt ut Bibuli ſententia diuideretur quatenus de religione dicebat. cuique rei iam obſiſti non poterat Bibulo aſſen ſum eſt de tribus legatis: frequentes ierunt in alia omnia proxīa erat hortenſii ſententia. Cum lupus tribunus plebis quod ipſe de Pompeio rettuliſſet intendere cœpit ante ſe oportere diſceſſiōem facere quam conſules. eius orationi uehementer ab ōnibus recla matum eſt. Erat enim inqua & noua. Conſules neque cōcedebāt neque ualde repugnabant diem conſumi uolebant id quod factū eſt: perſpiciebant enim in hortenſii ſententiam multis partibus plures ituros quāquam aperte uolcatio aſſentirentur multi roga bantur atque id ipſum conſulibus inuitis. Nam ei Bibuli ſentētiā ualere cupierunt. Hac controuerſia uſque ad noctem ducta ſena tus eſt dimiſſus & ego eo die caſu apud Pompeiū cœnaui. Nactus que tempus hoc magis idoneum quam unquam antea quod poſt tuū diſceſſum Is dies honeſtiſſimus nobis fuerat ī ſenatu ita ſum cum illo locutus ut mihi uiderer animū hominis ab omni alia co

gitatione ad tuam dignitatem tuendam traducere. quem ego ipsũ cum audio prorsus eum libero omni suspitione cupiditatis. Cum autem eius familiares omnium ordinum uideo perspicio id quod iam omnibus est apertum totam rem istam iam pridem a certis hominibus nõ inuito rege ipso consiliariis que eius esse corruptã Hæc scripsi ad xvi kl. februarias ante lucem. Eo die senatus erat futurus. Nos in senatu quẽadmodum spero dignitatem nostram ut potest ĩ tanta hominũ perfidia & iniquitate retinebimus quod ad popularem rationẽ attinet hoc uidemur esse cõsecuti ut neq̄d agi cũ populo aut saluis auspiciis aut saluis legibus aut denique sine ui possit. De his rebus pridie quã hæc scripsi senatus aucto/ritas grauissima intercessit. cui cũ Cato & Caninius intercessissent tamen ẽ perscripta. eã ad te missam esse arbitror. De ceteris rebus quidquid erit actum scribam ad te. & ut quam rectissime agãtur õnia mea cura opera diligentia gratia prouidebo. Aulo Trebonio qui in tua prouincia magna negocia & ampla & expedita habet multos annos utor ualde familiariter. Is cũ antea & suo splẽdore & nostra cæterorumque amicorum commendatione gratissimus in prouincia semper fuit tum hoc tempore propter tuum in me amorem nostramque necessitudinẽ uehemẽter confidit his meis literis se apud te gratiosum fore. que ne spes eũ fallat uehemẽter te rogo. cõmendoque tibi eius omnia negocia liberos ꝓcuratores familiam. Inprimisque ut quæ Titus ampius de eius re decreuit ea comprobes. omnibusque rebus eũ ita tractes ut intelligat meã commendationem non uulgarem fuisse.

. M. T. Cicero Publio Lentulo proconsuli salutem.

D xvi kl. februarias cum in senatu pulcherrime staremus quod iam illam sententiã Bibuli de tribus legatis pridie eius diei fregeramus. unumque certamen esset relictum sententia uolcatii res ab aduersariis nostris extracta ẽ uariis calumniis. Causam enĩ frequenti senatu in magna uarietate magnaque inuidia eorũ qui a te causam regiam alio transferebãt obtinebamus. eo die acerbũ habuimus curiõem. Bibulum multo iustiorem pene etiam amicũ Caninius & Cato negarũt se ullam legẽ ante comitia esse laturos. Senatus haberi ante kl. februarias per legẽ pupiam id quod scis non potest: neque mense februarii toto nisi perfectis aut reiectis legationibus. Hæc tamen opinio ẽ populi ro. a tuis inuidis atque

obtrectatoribus nomen inductum ficte religionis non tam ut te impedirēt quā ut ne quis propter exercitus cupiditatē Alexādriā uellet ire. Dignitatis autem tuæ nemo est qui existimet habitā esse rationē ab senatu. Nemo est enim qui nesciat quo minus discessio fieret per aduersarios tuos esse factū qui nunc populi. ro. nomine re autē uera seleratissimo latrocinio si quæ conabūtur agere satis prouisū est: ut nequid saluis auspiciis aut legibus aut iam sine ui agere possint. Ego neque de meo studio neque de non nullorum ī iuria scribendum mihi esse arbitror. Quid enim aut me ostētem qui si uitam pro tua dignitate profundā nullā partem uidear me ritorū tuorū assecutus aut de aliorū īiuriis querar: quod sine sū mo dolore facere nō possum. Ego tibi in hac præsertī imbecilitate magistratuū præstare nihil possū: ut ea excepta possū cōfirmare te & senatus & populi ro. sūmo studio amplitudinē tuā retēturū.

. M . T . Cicero Publio Lentulo proconsuli. salutē . d.

Ametsi mihi nihil fuit optatius quā ut primū abste ipso deī de a cæteris ōnibus quā gratissimus erga te esse cognoscerer tamē afficior summo dolore eiusmodi tēpora post tuā profectio-nē consecuta esse ut & meā & cæterorū erga te fidem & bēiuolētiā absens experirer te autem uidere & sentire eandem fidem hominū in tua dignitate quā ego ī mea salute sum expertus ex tuis literis intellexi. nos cum maxime cōsilio studio labore gratia de causa re-gia niteremur subito exorta est nefaria Catōis promulgatio quæ nostra studia impediret & animos a minore cura ad summū tīorē traduceret. Sed tamen in eiusmodi perturbatione rerum quāquā omnia sunt metuenda nihil magis quam perfidiam timemus. Et Catoni quidem quoquomodo res se habeat profecto resistēus. De alexandrina re causaque regia tantū habeo polliceri me tibi absēti tuisque præsentibus cumulate satisfacturū. sed uereor ne aut eri-piatur regia causa a nobis aut deferatur quorū utrū minus uelī non facile possum existimare. sed si res coget est quoddā tertium quod neque selicio neque mihi displicebat ut neque iacere regem pateremur nec nobis repugnātibus ad eum deferri apud quē pro pe iam delatū existimatur. A nobis agentur omnia diligenter ut neque si quid obtineri poterit non contendamus nec si quid non obtinuerimus repulsi esse uideamur tuæ sapientiæ magnitudinis que animi est omnem āplitudinem & dignitatem tuam in uirtute

atque in rebus tuis gestis atque ĩ tua grauitate positã existimare si quid ex his rebus quas tibi fortuna elargita est non nullorum hominum perfidia detraxerit id maiori illis fraudi quam tibi fu/turum. Ame nullũ tempus prætermittitur de tuis rebus & agẽdi & cogitãdi utor ad omnia q. Selicio. Neque enim prudentiorem quenquam. ex tuis neque fide meliorẽ esse iudico neque amãtiorẽ tui. Hic que agũtur quæque acta sint ea te & literis multorum & nunciis cognoscere arbitror quæ autem posita sunt in coniectura quæque uident̃ fore ea tibi puto a me scribi oportere. Posteaquã Pompeius & apud populum ad viii idus februarias cũ pro Milõe diceret clamore cõuĩcioque iactus ẽ In senatuque a Catõe aspere & acerbe nimium magno silentio est accusatus. Visus ẽ mihi ue/hemẽter esse pturbatus. Itaque alexãdrina causa quæ nobis adhuc integra est nihil enim tibi detraxit senatus nisi id quod per eandẽ religionem dari alteri nõ potest uidetur ab illo plane esse deposita Nunc id speramus idque molimur ut cũ rex intelligat se se quod cogitabat ut a Pompeio reducatur assequi non posse & nisi per te sit restitutus desertum se atque abiectum fore proficiscatur ad te quod sine ulla dubitatione si Pompeius paulum modo ostenderit sibi placere faciet. Sed nosti hominis tarditatem & taciturnitatẽ. Nos tamen nihil quod ad eam rem pertineat prætermittẽus. Cæ/teris iniuriis quæ præposite sunt a catone facile ut spero resistẽus Amicum ex consularibus neminem tibi esse uideo præter hortẽsiũ & lucullum. Cæteri sunt partim obscurius iniqui partim nõ dissi/mulanter irari. Tu fac animo forti magnoque sis speresque fore ut fracto impetu leuissimi hominis tuam pristinam dignitatem & gloriam consequare.

. M. T. Cicero Publio Lentulo proconsuli salutem.

Væ gerantur accipies ex Pollione qui omnibus negotiis non interfuit solum sed præfuit. Me in summo dolore quem in tuis rebus capio maxime cõsolatur spes quod ualde suspicor fore ut infringatur hominum improbitas & cõsiliis tuorum amicorũ & ipsa die quæ debilitat cogitationes & inimicorum & proditorũ. Facile secundo loco me cõsolatur recordatio meorum temporum quorum imaginem uideo in rebus tuis. Nam et si minore ĩ re ui/olãtur tua dignitas quam mea salus afflicta sit tamen est tanta si/militudo ut sperẽ te mihi ignoscere si ea non timuerim quæ ne tu

quidem timenda duxisti. Sed præsta te eum qui a teneris mihi: ut græci dicũt unguiculis es cognitus. Illustrabit mihi crede tuam ã plitudinem hominũ iniuria. A me oĩa sũma in te studia officiaque especta. Non fallã opinionem tuam.

. M. T. Cicero Publio Lentulo proconsuli salutem. d.

Egi tuas litteras quibus ad me scribis gratum tibi esse quod crebro certior per me fias de omnibus rebus & meam erga te beniuolentiam facile perspicias: quorum alterum mihi ut te plurimum diligã facere necesse est si uolo is esse quẽ tu me esse uoluisti. Alterũ facio libenter ut quoniam ĩteruallo locorũ & tem porum disiuncti sumus per litteras tecũ quamsæpime colloquar. quod si rarius fiet quã tu expectabis id erit causæ. quod non eius generis meæ litteræ sunt ut eas audeã temere comittere. Quotiẽs mihi certorum hominũ potestas erit quibus recte dem non præ termittã. Quod scire uis qua fide quisque in te sit & uolũtate dif ficile dictu est de singulis. unũ illud audeo quod antea tibi sæpe si gnificaui nũc quoque re perspecta & cognita scribere uehemẽter quosdã homines & eos qui maxime debuerũt & plurimum iuuare potuerũt inuidisse dignitati tuæ simillimãque ĩ re dissimili tui tẽ poris nunc & nostri quondã fuisse rationẽ ut quos rei. p. causa læ seras palã te oppugnarẽt quorũ auctoritatem dignitatem uolun tatemque defenderas non tam memores essent uirtutis tuæ quã laudis inimici: quo quidẽ tempore ut perscripsi ad te ãtea cogno ui hortensium percupidũ tui studiosũ lucullũ. Ex magistratibus aũt lucium racilium & fide & animo singulari. Nam nr̃a propu gnatio ac defensio dignitatis tuæ proter magnitudinem beneficii tui fortasse plerisque officii maiorem auctoritatem habere uidea tur quã sententiæ. Præterea quidem de consularibus nemini pos sum aut studii erga te aut officii aut amici animi esse testis. Et enim Põpeium qui mecum sæpissime nõ solum a me prouocatus sed etiam sua sponte de te cõmunicare solet scis temporibus illis non sæpe in senatu fuisse: cui quidem lr̃æ tuæ quas proxime mise ras quod facile intellexerim periucunde fuerũt mihi quidẽ huma nitas tua uel sũma potius sapientia nõ iucunda solum sed etiam admirabilis uisa est: uirum enim excellẽtem & tibi tua præstanti ĩ eum liberalitate deuinctũ non nihil suspicantẽ proter aliquorum opinionem suæ cupiditatis te ab se alienatũ illa epistola retinuisti

qui mihi cum ſemper tuæ laudi fauere uiſus eſt & iam ipſo ſuſpi
cioſiſſimo tẽpore caniniano tum lectis tuis litteris perſpectus eſt a
me toto animo de te ac de tuis ornamentis & cõmodis cogitare.
Quare ea quæ ſcribam ſic habeto me cum illo re ſæpe comunicata
de illius ad te ſentẽtia & auctoritate ſcribere: quoniã ſenatuſcõſul
tum nullũ extat quo reductio regis alexandrini tibi ademta ſit ea
que de ea ſcripta eſt autoritas cui ſcis interceſſũ eſſe: ut ne qs oio
regẽ reduceret tantã uim habet ut magis iratorũ hominũ ſtudiũ
quã conſtãtis ſenatus cõſilium eſſe uideatur te perſpicere q ciliciã
cyprumque teneas quid efficere & quid cõſequi poſſis & ſi res fa
cultatem habitura uideatur ut Alexandriam atque ægiptũ tenere
poſſis eſſe & tuæ & nr̃i imperii dignitatis ptholomaidæ aut aliquo
propinquo loco rege collocato te cum claſſe atque exercitu profi
ciſci alexãdriam ut eã cum pace preſidiisque firmaris Ptholomæ
us redeat in regnum ita fore ut per te reſtituatur quemadmodũ
ſenatus initio cenſuit & ſine multitudine reducatur quẽadmodũ
homines religioſi ſibyllæ placere dixerunt. Sed hæc ſententia ſic &
illi & nobis probatur ut ex euentu homines de tuo conſilio exiſti
maturos uideremus Si cecidiſſet ut uolumus & optamus omnes
te & ſapienter & fortiter ſi quid eſſet offenſum eoſdẽ illos & cupi
de & temere feciſſe dicturos. Quare quid aſſequi poſſis non tam
facile eſt nobis quam tibi cuius prope in conſpectu ægiptus eſt iu
dicare nos qdẽ hoc ſentĩus ſi exploratũ tibi ſit poſſe te illius regni
potiri nõ eſſe cũctãdũ ſi dubiũ ſit nõ ẽẽ cõnãdũ. Illud tibi affirmo ſi
rẽ iſtã ex ſẽtẽtia geſſeris fore ut abſẽs a multis cũ redieris ab õni
bus collaudere offenſionem eſſe periculoſã proter interpoſitam
auctoritatẽ religionemque uideo Sed ego te ut ad certam laudem
adhortor ſic a dimicatiõe deterreo redeoque ad illud quod initio
ſcripſi totius facti tui iudicium non tam ex cõſilio tuo quã ex euẽ
tu homines eſſe facturos. Quod ſi hæc r̃o rei gerendæ periculoſa
tibi eſſe uidebitur placebat illud ut ſi rex amicis tuis qui per pro
uinciam atque ĩperii tui prouincias ei credidiſſẽt fidẽ ſuam præ
ſtitiſſet & auxiliis eum tuis & copiis adiuuares eam eſſe naturam
& rationem prouinciæ tuæ ut illius reditum uel adiuuando cõfir
mares uel negligendo impedires In hac ratiõe qd res quid cauſa.
quid tempus ferat tu facilime optimeque proſpicies quid nobis
placuiſſet ex me potiſſimum putaui te ſcire oportere. Quod mihi
de nr̃o ſtatu de Millõis familiaritate de leuitate & de imbecilitate
clodii gratularis minime miramur te tuis ut egregium artificem

præclaris operibus lætari quanquã est incredibilis hominum per/
uersitas.grauiore enim uerbo uti non libet qui quos fauendo in
communi causa retinere potuerunt in uidendo abalienauerunt .
quoꝝ maliuolẽtissimis obtrectatiõibus nos scito de uetere illa nr̃a
diuturnaque sententia prope iam esse depulsos.Non nos quidem
ut nostræ dignitatis simus obliti.sed ut habeãus rationẽ aliquãdo
etiam salutis.Poterat utrunque præclare fieri si esset fides si gra/
uitas in hominibus consularibus.Sed tanta est ĩ plerisque leuitas
ut eos non tam constantia in re.pu.nostra delectet quam splẽdor
offendat quod eo liberius ad te scribo qui non solum temporibus
his quæ per te sum adeptus sed iam olim nascẽti prope nr̃æ laudi
dignitatique præfuisti.simul quod uideo non ut ante hac putabã
nouitati esse inuisum meæ.In te enim homine omniũ nobilissimo
similia inuidorũ uicia perspexi quẽ tamen illi esse in principibus
facile sunt passi euolare altius certe noluerunt.Gaudeo tuam dissi
milem fuisse fortũam.Multum enim ĩterest utrum laus mĩuatur
an salus deferatur me meæ tamen ne nimis pœniteret tua uirtute
perfectum est.Curasti enim ut plus aditum ad memoriam nomi/
nis nostri quam demptum de fortuna uideretur.Te uero emoneo
tum beneficiis tuis tum amore ĩcitatus meo ut omnem gloriam
ad quam a pueritia inflammatus fuisti omni cura atque ĩdustria
consequare.magnitudinemque animi tui quam ego semper sum
admiratus semperque amaui ne unquam inflectas cuiusquam ĩiu
ria.magna est hominum opinio de te magna commendatio libera
litatis magna memoria cõsulatus tui.Hæc profecto uides quanto
expressiora quantoque illustriora futura sint cum aliquantum ex
prouincia atque ex imperio laudis accesserit.quãquã te ita gerere
uolo quæ per exercitum atque imperiũ gerẽda sunt ut hoc multo
ante meditere huc te pares hæc cogites ad hæc te exerceas sentias/
que id quod quia semper sperasti non dubito quin adeptus intelli
gas te facillime posse obtinere summum atque altissimum gradũ
ciuitatis.Quæ quidem mea cohortatio ne tibi ĩanis aut sine causa
suscepta uideretur illa me ratio mouet ut te ex nostris euentis cõ/
munibus admonendum putarem:ut considerares ĩ omni reliqua
uita quibus crederes quos caueres.Quod scribis te uelle scire qui
sit rei pu.status summa dissensio est sed contẽtio dispar.Nam qui
plus opibus armis potentia ualent perfecisse tãtum mihi uidẽtur
stultitia & incõstantia aduersariorum ut etiam auctoritate iã plus
ualerent.Itaque perpaucis aduersantibus omnia quæ ne ꝑ.populũ

quidem sine seditione se assequi arbitrabantur per senatū cōsecuti sunt. Nam & stipendium Cæsari decretum est & decē legati. & ne lege sempronia succederetur facile perfectum est quod ego ad te breuius scribo quia me status hic rei pu. non delectat. Scribo tamē ut te admoneā quod ipse lr̄is omnibus a pueritia deditus expiēdo tamē magis quā discendo cognoui tu tuis rebus ītegris addiscas neque salutis nostræ rationem habēdam nobis esse sine dignitate neque dignitatis sine salute. Quod mihi de filia & de Crassipede gratularis agnosco humanitatē tuam speroque & opto nobis hāc coniunctionem uoluptati fore. Lentulum nostrum eximia spe sū/ma uirtute adolescentem cum cæteris artibus quibus studuisti semper ipse cum in primis imitatione tui fac erudias. Nulla enim erit hac præstantior disciplina quem nos & quia tuus & quia te dignus ē filius & qa nos diligit semperque dilexit ī primis ama mus carumque habemus. Vale.

. M . T . Cicero Publio Lentulo proconsuli salutem.

E omnibus rebus quæ ad te pertinent: quid actum quid cō stitutū sit quid Pompeius susceperit optime exemplatorio cognoses qui non solum interfuit his rebus sed etiā præfuit. Ne que enim ullum officium erga te hominis amantissimi prudentis simi diligentissimique prætermisit ex eodem de toto statu rerum cōmunium cognoses. Quæ quales sint non facile est scribere. Sūt quidem certe in amicorum nostrorum potestate atque ita ut nul lam mutationem unquam hac hominum ætate hītura res esse ui deatur. Ego quidem ut debeo & ut tute mihi præcepisti & ut me dignitas utilitasque cogit me ad eius rationes adiungo quem tu ī meis rationibus tibi esse adiungendū putasti. Sed te non præterit quam sit difficile sensum in re pu. præsertim rectum & cōfirma tum deponere. Verum tamen ipse me confirmo ad eius uolūtatē aquo honeste dissentire nō possum: neque id facio ut forsitan qui busdam uidear simulatione. Tantum enim inductio animi & me hercle amor erga Pompeiū apud me ualet ut quæ illi utilia sunt & quæ ille uult ea mihi ōnia iam & recta & uera uideantur neque ut arbitror errarent ne aduersarii quidem eius si cū pares esse nō possent pugnare desisterent. me quidem etiam illa res consolatur quod ego is sum cui uel maxime concedant omnes ut uel ea defē dam quæ pompeius uelit uel taceam uel etiam id quod mihi maxi

me libet ad nostra studia referam litterarum. quod profecto faciā si mihi per eius amicitiam licebit quæ enim proposita fuerāt no/bis cum & honoribus amplissimis & laboribus maximis perfuncti essemus dignitas in sententiis dicendis libertas in re.p. capessenda ea sublata tota sunt sed nec mihi magis quam omnibus. Nam aut assentiendum est nulla cū grauitate paucis aut frustra dissentiēdū Hæc ego ad te ob eā causam maxīe scribo ut iam de tua quoque ratione meditere commutata tota ratio est senatus iudiciorū rei totius publicæ ocium nobis exoptandum est quod hi qui potiūtur rerum præstaturi uidentur si quidam homines patiētius eorū po/tentiam ferre potuerint. dignitatem quidem illam consularem for tis & cōstantis senatoris nihil est quod cogitemus. amissa ē culpa eorum qui a senatu & ordinē coniunctissimum & hominē clarissi mum abalienauerunt. Sed ut ad ea que cōiūctiora rebus tuis sunt reuertar. Pompeium tibi ualde amicum esse cognoui & eo tu con sule quantum ego perspicio omnia que uoles obtinebis. quibus in rebus me sibi affixum ille habebit: neque a me ulla res quæ ad te p tineat negligetur. neque enim uerebor ne sim ei molestus cui iocū dum erit etiam proter id ipsum quod me gratum esse uidebit. Tu uelim tibi ita persuadeas nullam rem esse minimam quæ ad te pti neat quæ mihi non carior sit quam meæ res omnes. id quæcūque scientiā sedulitate mihi met ipsi satisfacere non possum. Re quidē ipsā ideo mihi non satisfacio quod nullam partem tuorum meri/torum non modo referenda sed ne cogitāda quidem gratia cōseq possū. Rem te ualde bene gessisse rumor erat. expectabātur litteræ tuæ de quibus eramus iam cū Pompeio locuti quæ si allatæ erunt nostrū studiū extabit in conueniēdis magistratibus & senatoribus Cæteraque quæ ad te pertinebunt cum etiam plus cōtenderimus quam possimus minus faciemus quam debemus. Vale.

. M. T. Cicero Publio Lentulo proconsuli salutem.

Eriocondæ mihi fuerunt litteræ tuæ quibus intellexi te pspi cere meā i te pietatē quid enim dicam beniuolentiā cū illud ipsum grauissimum & sanctissimum nomen pietatis leuius mihi meritis erga me tuis esse uideatur. Quod autem tibi grata mea erga te studia scribis esse facis tu quidē abūdantia quadā amoris ut etiam grata sint ea quæ prætermitti sine nefario scelere nō pos sint tibi autem multo notior atque illustrior meus ī te āimus esset

ſi hoc tempore quo ſeiūcti fuimus & una & romæ fuiſſemus. Nā in eo ipſo quod te oſtēdis eſſe facturū quodque & ī primis potes & ego a te uehementer expecto in ſententiis ſenatoriis & in omni actione atque adminiſtratione rei. p. floruiſſemus de qua oſtendā equidem paulo poſt qui ſit meus ſtatus & ſenſus & reſcribam tibi ad ea quæ quæris. ſed certe & ego te auctore amiciſſimo & ſapiētiſſimo & tu me conſiliario fortaſſe nō imperitiſſimo fideli quidem & bēiuolo certe uſus eſſes quāquam tua quidē cauſa te eſſe imperatorem prouinciamque bene geſtis rebus cum exercitu uictore obtinere ut debeo lætor. ſed certe qui tibi ex me fructus debentur eos uberiores & præſtantiores præſens capere potuiſſes. In eis uero ulciſcendis quos tibi partim inimicos eſſe intelligis proter tuā propugnationem ſalutis meæ partim īuidere proter illius actiōis amplitudīem & gloriam mirificum me tibi comitem præbuiſſem quāquam ille perennis inimicus amicorum ſuorum qui tuis maximis beneficiis ornatus in te potiſſimum fractam illam & debilitatam uim ſuam contulit noſtram uicem ultus ē ipſe ſe ſe ē enim ea conatus quibus patefactis nullam ſibi in poſterum non modo dignitatis ſed ne libertatis quidem partem reliquit te autem & ſi mallem in meis rebus expertū quam etiā in tuis tamē in moleſtia gaudeo eam fidem cognoſſe hominum non tam magna mercede quam ego maximo dolore cognoram de qua ratiōe tota iam uidetur mihi exponēdi tempus dari ut tibi reſcribam ad ea quæ quæris certiorem te per litteras ſcribis eſſe factum me cum Cæſare & cum Appio eſſe in gratia te que non id repræhendere aſcribis. Vatinium autem ſcire te uelle oſtendis quibus rebus adductus defēderim & laudarī. quod tibi ut planius exponā altius paulo rōnem meorum conſiliorum repetam neceſſe eſt. Ego me lentule initio rerum atque actionum tuarum non ſolum meis ſed etiam rei pu reſtitutum putabam & quoniam tibi incredibilem quemdā amorem & omnia in te ipſum ſumma ac ſingularia ſtudia deberem & rei pu. quæ te in me reſtituendo multum adiuuiſſet eū certe animum me merito ipſius debere arbitrabar quem antea tantū mō cōmuni officio ciuium non aliquo erga me ſingulari beneficio debitū præſtitiſſem. hac me mente fuiſſe & ſenatus ex me te conſule audiuit: & tu in noſtris ſermonibus collocutionibusque ipſe uidiſti & ſi iam primis illis temporibus multis rebus meus offendebatur animus cū te agente de reliqua noſtra dignitate aut occullta non nullorum odia aut obſcura ī me ſtudia cernebam nam neque

de monimentis meis ab his adiutus es a quibus debuisti neque de ui nefaria qua cum fratre eram domo expulsus neque hercule in his ipsis rebus quæ quāquam erant mihi proter rei familiaris na ufragia necessariæ tamen a me minimi putabantur in meis dānis ex auctoritate senatus resarciendis eam uolūtatem quā expectarē præstiterunt.quæ cum uiderem neque enim erant obscura non ta men tam acerba mihi hæc accidebant quam erant illa grata quæ fecerant.Itaque quāquam & Pompeio plurimum te quidem ipso prædicatore ac teste debebā & eum nō solum beneficio sed amore etiam & perpetuo quodam iudicio meo diligebam tamen non re/ putans quid ille uellet in omnibus meis sententiis de re p.pristīis permanebā.Ego sedēte Gneo Pompeio cum ut laudaret Pōpeium Sextius introisset in urbē dixissetque testis Vatinius me fortuna & felicitate Cai Cæsaris cōmotum illi amicum esse cœpisse dixi me eam bibuli fortunam quam ille afflictam putaret omnium trium phis uictoriisque anteferre.dixique eodem teste alio loco eosdem esse qui bibulum exire domo prohibuissent & qui me coegissent tó ta uero interrogatio mea nihil habuit nisi repræhensionem illius tribunatus ī quo ōnia dicta sunt libertate animoque maximo de ui de auspiciis de donatione regnorū.neque uero hac in causa modo sed constanter sæpe in senatu.quin etiā Marcello & philippo con/ sulibus nonis aprilibus mihi ē senatus assensus ut de agro cāpano frequenti senatu idibus maiis referretur.nō potui magis in arcē illius causæ inuadere aut magis obliuisci temporum meorum.me minisse actionum hac a me sententia dicta magnus āimoꝝ motus est factus tum eorum quorum oportuit tum illorum etiam quoꝝ nunquam putarem.Nam hoc senatusconsulto in meam sententiā facto Pompeius cum mihi ostendisset se esse offensum in sardiniā & in aphricam profectus est eoque itinere lucā ad Cæsarem uenit ibi multa de mea sententia questus est Cesar Quippe qui etiā ra/ uennæ Crassum ante uidisset ab eoque in me esset incensus.sane moleste Pompeium id ferre constabat quod ego cum audissem ex aliis maxime ex meo fratre cognoui quem cum in sardinia Pōpe/ ius paucis post diebus quam a luca dicesserat conuenisset te inqt ipsum cupio nihil oportūius potuit accidere.nisi cum marco fra/ tre diligenter egeris dependendum tibi est quod mihi pro illo spo pondisti.quid multa quæstus est grauiter sua merita cōmeorauit quid egisset sæpissime de actis Cæsaris cum ipso meo fratre quidq; sibi is de me recepisset in mēoriā redegit seque quæ de mea salute

improbo ciui locus ad rempu. uiolādam esse potuisset. Sed attēde quæso quæ sunt cōsecuta primū furta illa muliebrium religionū qui non pluris fecerat bonam deam quam tris sorores impunita tem scelerum sententiis assecutus est qui cum tribunus plebis pœnas a seditioso ciue per bonos uiros iudicio persequi uellet exemplum præclarissimū in posterum uindicandæ seditionis de repu. sustulerunt iidemque postea non meū monimentū non enim illæ manubiæ meæ sed operis locatio mea fuerat monimentū uero se natus hostili nomine & cruentis inustum litteris esse passi sunt. q me homines quod saluū esse uoluerūt ē mihi gratissimū sed uellē non solum salutis meæ quēadmodū medici sed etiam ut Aliptæ uirum & coloris ratiōem habere uoluissent nunc ut appelles ueneris caput & summa pectoris politissima arte perfecit reliquam partē corporis incohatam reliquit sic quidā homines ī capite meo solū elaborauerūt reliquū corpus imperfectū ac rude reliquerūt ī quo ego spem fefelli non modo inuidorum sed etiam inimicoꝝ meoꝝ. qui de uno acerrimo ac fortissimo uiro meoque iudicio omnium magnitudine animi & constantia præstantissimo q. Metello Lucii filio quondam falsam opinionem acceperunt quem post reditum dictitant fracto animo & dimisso fuisse. Est uero probandum qui & summa uoluntate cesserit & egregia animi alacritate abfuerit neque sane redire curaret eum ob id ipsum fractum fuisse in quo cum omnes homīes tum Marcum illum scaurum singularē uirū constantia grauitateque superasset sed quod de illo acceperāt aut etiā suspicabantur de me idem cogitabant abiectiore āimo me futurum cum respu. maiorem etiam mihi animum quam unquam habuissem daret quæ declarasset se se non potuisse me uno ciue carere cumque Metellum unius tribuni plebis rogatio me uniuersa respu. duce senatu comitante italia promulgantibus omnibus referente consule comitiis centuriatis cunctis ordinibus hominibus incumbentibus omnibus dēique suis uiribus recuperauisset neq; uero ego mihi postea quicquā assumpsi neq; hodie assumo quod quemquam maliuolentissimū iure possit offendere. tantum enitor ut neque amicis neque etiam alienioribus opera cōsilio labore desim hic meæ uitæ cursus offendit eos fortasse qui splēdorem & speciem huius uitæ intuentur sollicitudinem autem & laborem pspicere non possunt. Illud uero non obscure queruntur in meis sentētiis quibus ornem Cæsarem quasi desisterem pristina causa ego autem cū illa sequor quæ paulo ante preposui tū hoc nō ī postre/

mis de quo cœperam exponere non offendes eundem bonoꝝ sensũ Lentule quem reliquisti qui confirmatus cõsulatu nostro nunquã postea ĩterruptus afflictus ante te cõsulem recreatus abs te totus nunc ab his a quibus tuendus fuerat derelictus.idque non solum fronte atque uultu quibus simulatio facillime sustinetur declarãt hi qui tum nostro illo statu optimates nominabantur sed etiã sensu sæpe tabellaque docuerunt.Itaque tota iam sapiẽtium ciuium qualem me & esse & numerari uolo & sententia & uoluntas mutata esse debet. Id enim iubet idem ille Plato quem ego uehementer auctorem sequor tantum contendere in republica qunatum probare tuis ciuibus possis.uĩ neque parenti neque patriæ afferre oportere atque hanc quidem ille causam sibi ait non attingendæ reipu. fuisse quod cum ostendisset populum atheniẽsem prope iã desipientem senectute cumque eũ nec persuadendo nec cogendo regi posse uidisset cum persuaderi posse diffideret cogi fas esse nõ arbitraretur mea ratio fuit alia quod neque desipiẽte populo nec integra re mihi ad consulendum capesserẽ ne rempu. implicatus tenerem sed letatus tamen sum quod mihi liceret in eadem causa & mihi utilia & cuius bono recta defendere.huc accessit cõmemoranda quædam & diuina Cæsaris ĩ me fratrẽque meum liberalitas qui mihi quascunque res gereret tuendus esset:nunc in tanta felicitate tantisque uictoriis & si in nos non is esset qui est tamen ornãdus uidereretur.sic enim te existimare uelim cum a nobis meæ salutis auctoribus disceserim neminem esse cuius officiis me tam esse deuictum non solum confitear sed etiam gaudeam quod quõiam tibi exposui facilia sunt ea quæ a me de Vatinio & de Crasso requiris.Nam de Appio quod scribis sicuti de Cæsare te non repræhendere gaudeo cõsilium tibi probari meum.De Vatinio aũt primum reditus intercesserat in gratiam per Pompeiũ statim ut ille prætor factus est cum quidem ego eius petitiõem grauissimis in senatu sententiis oppugnassem neque tam illius lædendi cã quã defendendi atque ornandi Catonis.post autem Cæsaris ut illũ defenderem mira contentio est consecuta.Cur autem laudari peto a te ut id a me ne ue ĩ hoc reo ne ue in aliis requiras ne tibi ego idẽ reponam cum ueneris tam&si possũ uel absenti.recordare enim quibus laudationẽ ex ultĩis terris miseris nec hoc pertĩueris nã a me ipso laudantur & laudabũtur iidem.Sed tamen defendẽdi Vatinii fuit etiã ille stimulus de quo in iudicio cum illũ defenderem dixi me facere quiddã quod in eunucho parasitus suaderet militi

ubi nõinabit phedriam tu panphilã continuo si quando illa dicet phedriam intromittamus comessatũ panphilam cantatum prouocemus si laudabit hæc illius formam tu huius cõtra: denique par pari referto quod illam mordeat. sic petiui a iudicibus ut quoniã quidã nobiles homines & de me olim optime meriti nimis amarẽt inimicũ meũ meque inspectante sæpe eum in senatu modo seuere seducerent. modo familiariter atque hilare amplexarentur quõiã que illi haberent suũ publiũ darent mihi ipsi alium publiũ ĩ quo possem ãimos illoꝝ mediocriter lacessitus leuiter repũgere. neque solũ dixi sed etiã sæpe facio deis hominibusque approbantibus habes de Vatinio cognosce de Crasso. Ego cum mihi cum illo magna iam gratia esset quod eius omnes grauissimas iniurias commũis concordiæ causa uoluntaria quadam obliuione contriuerã repẽtinam eius defensiõem gabinii quem proximis superioribus diebus acerrime oppugnasset tamen si sine mea cõtumelia suscepisset tu/lissem sed cum me disputantem nõ lacessentẽ lacessisset exarsi nõ solum præsenti credo iracondia nam ea tam uehemens fortasse nõ fuisset sed cum inclusũ illud odium multaꝝ eius in me ĩiuriarum quod efudisse ego me omne arbitrabar residuũ tamen me insciẽte fugisset omne repente apparuit. quo quidem tempore ipso quidã homines & iidem illi quos nutu sæpe significationẽque appello cũ se maximum fructum cepisse dicerent ex libertate mea meque tũ denique sibi esse uisum rei pu. qualis fuissem restitutum cumque ea contentio mihi magnum etiam fortis fructum tulisset gauderet se dicebant. mihi & illum inimicum & eos qui in eadem causa essent nunquam amicos futuros. quorum iniqui sermones cum ad me per homĩes honestisimos perferrentur. cumque Pompeius ita contendisset ut nihil unquam magis ut Crasso redirem in gratiam Cæsarque per literas maxima se molestia ex illa contentione affectum ostenderet habui non temporum solum rationem eorũ sed naturæ etiam meæ Crassusque ut quasi testata populo ro. esset nostra gratia pene a meis laribus in prouintiam est profectus nã cum mihi condixisset cænauit apud me in mei generi crassipedis ortis. Quam ob rem eius causam quod te scribis audisse magna illius cõmendatione susceptam defendi in senatu sicut mea fides postulabat. Accepisti qbus rebus adductus quãque rẽ causamq; defenderim. quique meus in repu. pro mea parte sit capessenda status: de quo sic uelim statuas me hæc eadem sensurum fuisse si mihi ĩtegra õnia ac libera fuissent. Nam neque pugnãdũ arbitrarer

contra tantas opes neque delendum & si id fieri posset sũmoꝝ ciui um principatum nec permanendum in una sententia cõuersis re/ bus ac bonorum uoluntatibus mutatis sed temporibus assentiẽdũ Nunquam præstantibus in repu. gubernanda uiris laudanda est sententia in una perpetua permansio. sed ut in nauigando tẽpesta ri obsequi artis est etiam si portum tenere non queas cum uero id possis mutata uelificataone assequi stultum est tenere eũ cum pe riculo cursum quem cœperis potius quam eo cõmutato quo uelis tãen peruenire sic cũ oĩbus nobis ĩ administranda repu. propositũ esse debeat id quod a me sæpissime dictum est cum dignitate ociũ nõ idem semper dicere sed idem semper spectare debẽus. Quam/ obrem ut paulo ante posui si essent mihi omnia solutissima tamẽ in repu. non alius essem atque nunc sum cum uero in hunc sensũ & alliciar beneficiis hominũ & compellar iniuriis facile ea patior de repu. & sentire & dicere quæ maxime tamen mihi tũ multũ etiã reipu. rationibus putem conducere. Apertius autem hæc ago & sæ pius quod & q. frater meus legatus Cæsaris & nullum meum mi/ nimũ dictum non modo factum pro Cæsare intercessit: quod ille non ita illustri gratia exceperit ut eum ego mihi deuictum puta/ rem. Itaque eius omni & gratia quæ summa est & opibus quas in telligis esse maximas sic fruor ut meis nec mihi aliter potuisse ui deor hominũ perditorum de me consilia frangere nisi cum præsi/ diis his quæ semper habui nunc etiam potentum beniuolentiã cõ/ iunxissem. his ego cõsiliis si te præsentẽ habuissem ut opinio mea fert essem usus eisdem. Noui enim temperantiã & moderationem naturæ tuæ. noui animum tum mihi amicissimũ tũ nulla maliuo/ lentia in cæteros suffusum cõtraque cum magnum & excelsum tũ etiam apertum & simplicem. Vidi ego quosdam in te tales quales tu eosdem in me uidere potuisti quæ me mouerunt monuissent eadem profecto te. sed quocunque tempore mihi potestas præsen tis tui fuerit tu eris omnium moderator consilioꝝ meoꝝ tibi erit eidem cui salus mea fuit etiam dignitas curæ me quidem certe tu aꝝ actionum sententiaꝝ reꝝ denique. omnium socium comitẽque habebis neque mihi in omni uita res tam erit ulla proposita quã ut quottidie uehemẽtius te de me optime meritũ esse letere Quod rogas ut mea tibi scripta mittam quæ post discessum tuum scrip/ seri sunt orationes quædã quas Menocrito dabo neque ita multæ ut pertimescas scripsi etiam carmina nam ab oratiõibus disiũgo me fere referoque ad mansuetiores musas quæ me maxime sicut

iam a prima adolescẽtia delctarũt scripsi igitur aristoteleo more quemadmodũ quidem uolui tres libros in disputatiõe ac dialogo de oratore quos arbitror Lentulo tuo fore non inutiles abhorrẽt enim a comunibus præceptis & omnem ãtiquorum & aristoteleã & isocrateam rationem oratoriam complectuntur scripsi etiã tres libros uersibus de tẽporibus meis quos iam pridem ad te misissẽ si esse edendos putassem. sunt enim testes et erunt sempiterni meritoꝝ erga me tuoꝝ meæque pietatis. sed quia uerebar non eos q se læsos arbitrarentur & enĩ id feci parce & molliter sed eos quos erat infinitum de me bene meritos õnes nominare. quos tamen ipsos libros si quem cui recte cõmittã inuenero curabo ad te pferendos. Atque istam quidem partem uitæ consuetudinisque nr̃æ totam ad te defero. quantum studiis quantum litteris ueteribus nostris delectationibus cõsequi poterimus id omne ad arbitrium tuum qui hæc semper amasti libentissime cõferemus. Quæ ad me de domesticis tuis rebus scribis quæque mihi cõmendas ea tantæ mihi curæ sunt ut me nolĩ admoneri. rogari uero sine magno dolore uix possim. Quod de q. fratris negocio scribis te priore æstate quod morbo impeditus in Ciliciam non transieris cõficere nõ potuisse nunc autem omnia facturũ ut conficias id scito esse eiusmodi ut frater meus uere existimet adiũcto isto fundo patriõniũ fore suum per te constitutum. Tu me de tuis rebus omnibus & de Lentuli tui nostri que studiis & exercitationibus uelim quam familiarissime certiorem & quamsæpissime facias: existimesque neminem cuiquã neque cariorem neque iocũdiorem fuisse quam te mihi idque non modo ut tu sentias sed ut omnes gentes etiam ut posteritas omnis intelligat esse facturũ Appius ĩ sermonibus antea dictitabat postea dixit etiam ĩ senatu palam se se si licitum esset legem curiatam ferre sortiturum esse cum collega prouintiã si curiata lex non esset separaturum cum collega tibiq; successuꝝ: legemque curiatam consuli ferri opus esse necesse non esse se quoniam ex senatusconsulto prouintiam haberet lege cornelia ĩperiũ habiturum quoad in urbem introisset. Ego quid ad te tuorũ quisque necessariorum scribat nescio. uarias esse opiniones intelligo. sunt qui putant posse te non decedere quod sine lege curiata tibi succedatur. sunt etiam qui si decedas a te relinqui posse qui prouĩtiæ præsit mihi non tam de iure certum est quãquam ne id quidẽ ualde dubium est quam illud ad tuam sũmam amplitudinem dignitatem liberalitatẽ qua te scio libentissime frui solere pertinere

te ſine ulla mora prouintiam ſucceſſori cõcedere præſertim cum ſine ſuſpicione tuæ cupiditatis non poſſis illius cupiditatem refu tare ego puto utrũque meum eſſe & qd ſentiam oſtendere & quod feceris defendere Scripta iam epiſtola ſuperiore accepi litteras tu as de publicãis quibus æquitatem tuam non potui non probare fa cilitate autem uellem conſequi potuiſſes ne eius ordinis quem ſemper ornaſti rem autem uoluntatẽ offenderes. equidem non de ſinã tua decreta defendere ſed noſti cõſuetudĩem hominũ. ſcis quã grauiter inimici illi ipſi quinto Sceuolæ fuerunt. tibi tamen ſum auctor ut ſi quibus rebus poſſis eum tibi ordinem aut reconcilies aut mitiges id & ſi difficile ẽ tãen mihi uidet̃ eſſe prudẽtiæ tuæ. ua.

. M . T. C . Lentulo Valerio Iuriſconſulto S. d. p.

Vr enim tibi hoc non gratificer neſcio præſertim cum his temporibus audacia pro ſapientia liceat uti. Lentulo noſtro egi per litteras tuo nomine gratias diligẽter. ſed uelim tu deſinas iã noſtris litteris uti & nos aliquando reuiſes. & ibi malis eſſe ubi aliquo numero ſis quam iſtic ubi ſolus ſapere uideare quãquã iſtic qui nunc ueniunt partim te ſuperbum eſſe dicũt quod nihil reſpõ deas partim contumelioſum quod male reſpondeas ſed iam cupio tecum coram iocari. Quare fac ut quamprimũ uenias neque in Appuliam tuam accedas ut poſſimus ſaluũ uẽiſſe te gaudere. Nã illo ſi ueneris tanquam Vlyſſes cognoſes tuorum neminem. Vale

MARCI TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM LIBER SECVNDVS

. M . T . Cicero Salutem dicit Curioni

VANQũAM ME NOMINE negliengtiæ ſuſ pectum tibi eſſe doleo tamen non tam mihi mo leſtum fuit accuſari abſte officium meum quam iocũdum requiri præſertim quod in quo accuſa bar culpa uacarem In quo autem te deſiderare ſignificabas meas litteras prætefers perſpectum mihi quidem ſed tamen dulcem & optatum amorem tuum. Eqdẽ neminem prætermiſi quem quidem ad te peruentuꝝ putarẽ cui litteras non dederim. & enim quis eſt tam ĩ ſcribẽdo impiger quã

ego a te uero bis ter ue ad sūmum & eas perbreuis accepi. Quare siniqus es in me iudex condemnabo eodem ego te crimine sin me id facere noles te mihi æquū præbere debebis. Sed de litteris hacte nus non enim uereor ne non in scribēdo te expleam præsertim si ī eo genere studium meum nō aspernabere ego te absuisse tam diu a nobis & dolui quod carui fructu iocundissimæ consuetudinis & letor quod absens omnia cum maxima dignitate es consecutus quodque in omnibus tuis rebus meis optatis fortuna respondit: breue est quod me tibi præcipere meus incredibilis in te amor co git tanta est expctatio uel animi uel ingenii tui ut ego te obsecra/ri obtestarique non dubitem sic ad nos confirmatus reuertare ut quam expectationem tui concitasti hanc sustinere & tueri possis. & quōiam meam tuoꝝ erga me meritoꝝ memoriam nulla unquā delebit obliuio te rogo ut memineris quantæcūque tibi accessiōes fient & fortunæ & dignitatis eas te non potuisse consequi nisi me is puer olī fidelissimis atque amātissimis cōsiliis paruisses. Quare hoc animo in nos esse debebis ut ætas nostra iam ingrauescens in amore atque in adolescentia tua conquiescat. Vale

. M . T. C . Lentulo Valerio Iurisconsulto S.d.p.

Raui teste priuatus sum amoris summi erga te mei patre tuo clarissimo uiro qui cum suis laudibus tum uero te filio superasset omnium fortūam si ei cōtigisset ut te āte uideret quā a uita discederet. sed spero nostram amicitiam non egere testibus tibi patrimōium dii fortunēt. me certe habebis cui & carus æque sis & iocundus ac fuisti patri. Vale

. M . T . C . Lentulo Valerio Iurisconsulto S.d.p.

pe studium non defuit declarandoꝝ muneꝝ tuo nomine sed nec mihi placuit nec cuiquam tuoꝝ quicquā te absente fieri quod tibi cum uenisses non esset ītegrum: meam qdē sentētiā aut scribam ad te postea pluribus aut ne ad eam meditere impar atum te offendam. contraque coram istam meam ratiōem dicam ut aut te in meam sententiam adducam aut certe testatum apud animum tuum relinquam quid senserim. ut si quando quod nolī displicere tibi tuum consilium ceperit possis meum recordari bre ui tamen sic heto in eū statum temporum tuū reditum incidere

ut his bonis quæ tibi natura studio fortuna data sunt facilius oĩa quæ sunt amplissima in repu. consequi possis quam muneribus quoꝝ neque facultatem quisquam admiratur. est enim copiaꝝ nõ uirtutis neque quisquam est quin satietate iam defessus sit. sed aliter atque ostenderam facio qui ingredior ad explicandam rõnẽ sententiæ meæ. quare omnem disputationem hanc ĩ aduentũ tuũ differam. summa scito in expectatione te esse ea que a te expectari quæ a summa uirtute sũmoque ingenio expectãda sunt. atquæ ita si es ut debes paratus quod ita esse confido plurimis & maximis mũeribus & nos amicos & ciues tuos uniuersos & rempu. afficies Illud cognosces profecto mihi neque te cariorem neque iocundiorem esse quẽquam. Vale

. M . T . C . Lentulo Valerio Iurisconsulto S.d.p.

Pistolaꝝ genera multa esse non ignoras. sed unum illud certissimum cuius causa inuenta est res ipsa ut certiores absentes facerẽus si qd esset quod eos scire aut nostra aut ipsoꝝ interesset. huius generis litteras a me profecto nõ expectabis. tuaꝝ enim reꝝ domesticaꝝ habes & scriptores & nuntios. ĩ meis autem rebus nihil est sane noui. reliqua sunt epistolaꝝ genera duo. Vnum familiare & iocosum. Alterum seuerũ & graue utro me minus deceat uti non intelligo. iocer ne tecum per litteras? quid ciuem me hercule non puto qui temporibus his ridere possit an grauius aliquid scribam? quid est quod possit grauiter a Cicerone scribi ad Curionem nisi de repu. atque in hoc genere hæc mea causa est ut neque ea quæ nunc sentio uelim scribere. Quamobrem quoniam mihi nullum scribendi argumentum relictum est utar ea clausula qua soleo teque ad studium sũmæ laudis cohortabor ẽ ẽim grauis tibi aduersaria constituta & parata incredibilis quædã expectatio quã tu una re facillime uinces si hoc statueris quaꝝ laudum gloriam adamaris quibus artibus hæ laudes comparantur in his esse elaborandum. In hanc sententiam scriberem plura nisi te tua sponte satis incitatum esse confiderem & hoc quicquid attigi nõ feci inflãmandi tui causa sed testificandi amoris mei. Vale

. M . T . C . Lentulo Valerio Iurisconsulto S.d.p.

AEc negocia quomõ se habeant ne epistola quidem audeo

narrare tibi & si ubicũque es ut scripsi ad te ante in eadem es naui tamen quod abes gratulor uel quia nõ uides ea quæ nos uel quod excelso & illustri loco sita sit laus tua ĩ plurimoꝝ & socioꝝ & ciuiũ conspectu. quæ ad nos nec obscuro nec uario sermone sed & clarissima & una omnium uoce perfertur. Vnum illud nescio gratuler ne tibi an timeam quod mirabilis ẽ expectatio reditus tui nõ quo uerear ne tua uirtus opinioni hominum nõ respõdeat sed me hercle ne cum ueneris non habeas iam quod cures ita sunt omnia debilitata iam prope & extincta. sed hæc ipsa nescio recte ne sint lr̃is cõmissa. Quare cætera cognosces ex aliis. Tu tamẽ siue habes spẽ aliquam de repu. siue desperas ea para meditare cogita quæ esse in eo ciue atque uiro debent qui sic rempu. afflictam & oppressã miseris temporibus ac perditis moribus in ueterem dignitatem ac libertatem uendicaturus. Vale

. M . T . C . Lentulo Valerio Iurisconsulto S. d. p.

Ondum erat auditum te ad italiam aduẽtare cum Seruiliũ Milonis mei familiarem cum his ad te litteris misi sed tãen cũ appropinquare tuus aduẽtus putaret̃ & te iam ex Asia Romã uersus profectum esse constaret magnitudo rei fecit ut non uereremur ne nimis cito mitteremus cum has quãprimũ ad te pferri litteras magno opere uellemus. Ego si mea in te essent officia solũ curio tanta quanta magis a te prædicari quam a me ponderari solent uerecundius a te si qua magna res mihi petenda esset contenderem. Graue est enim homini pudenti petere aliquid magnũ ab eo de quo se bene meritum putet ne id quod petat exigere magis quam rogare & ĩ mercedis potius quam beneficii loco numerare uideatur. sed quia tua in me uel nota omnibus uel ipsa nouitate meoꝝ tempoꝝ clarissima & maxima beneficia extiterunt. Est ãimi ingenui cui multum debeas eidem plurimũ uelle debere non dubitaui id a te per litteras petere quod mihi omnium esset maximũ maximeque necessariũ. neque enim sum ueritus ne sustinere tua ĩ me uel inumerabilia nõ possem cum præsertim confiderẽ nullam esse gratiam quam non uel capere animus meus in accipiendo uel remunerando cumulandoque illustrare possit. ego oĩa mea studia omnem operam curam industriã cogitationẽ mentem deniq; oẽm in Milonis cõsulatu fixi & locaui statuique meo me nõ officii solũ fructum sed etiã pietatis laudẽ debere quærere neq; uero cuiquã

ſalutem ac fortunas ſuas tantæ curæ fuiſſe unquam puto quanti ſit mihi honos eius in quo oīa mea poſita decreui·huic te unū tāto adiumento eſſe ſi uolueris poſſe intelligo ut nihil ſit præterea nobis requirēdum.habemus hæc omnia bonorum ſtudium cōciliatū ex tribunatu proter noſtram ut ſpero te intelligere cauſam uulgi ac multitudinis proter magnificentiam munerū liberalitatē que naturæ iuuentutis & gratioſoꝶ in ſuffragiis ſtudia proter ipſius excellentem in eo genere uel gratiam uel diligētiam noſtrā ſuffragatiōem ſi minus potentem at probatā tamen & iuſtam & debitā & fortaſſe etiam gratioſā dux nobis & auctor opus ē & eoꝶ uētoꝶ quos propoſui moderator quidam & quaſi gubernator qui ſi ex omnibus unus exoptādus eſſet quem tecum conferre poſſēus non haberemus.Quamobrē ſi me memorem ſi gratum ſi bonum uirū uel ex hoc ipſo quod tam uehemēter de Milone laborem exiſtīare potes ſi dignum denique tuis beneficiis iudicas hoc a te peto ut ſubuenias huic meæ ſolicitudini ut huic meæ laudi uel ut uerius dicam prope ſaluti tuum ſtudium dices.De ipſo Tito ānio tātum tibi polliceor te maioris animi grauitatis conſtantiæ beniuolentiæ erga te ſi complecti homīem uolueris habiturū eſſe neminē·mihi tantum decoris tantū dignitatis adiūxeris ut eundē te facile agnoſcam fuiſſe in laude mea qui fueris in ſalute.Ego in te uidere ſcirem cū in te hæc ſcriberē quātū officii ſuſtinerē quāto opere mihi eſſet in hac petitione Milonis omni non modo contētione ſed ētiā dimicatione elaborandū Plura ſcriberem nunc tibi omnem rē atq; cauſam meque totum comēdo atque trado Vnum hoc ſic habeto ſi a te hanc rem impetraro me non plus tibi quam ipſi Miloni debiturum.neque enī mihi tam mea ſalus cara fuit ī qua præcipue ſum ab illo adiutus quam pietas erit in referenda gratia iocūda eā autem unius tui ſtudio me aſſequi poſſe confido.Vale

.M.T.C.Lentulo Valerio Iuriſcōſulto S.d.p.

Era gratulatio repræhendi nō ſolet præſertim ſi nulla negligentia prætermiſſa eſt longe enim abſum audio ſero.ſed tibi & gratulor & ut ſempiternæ laudi tibi ſit iſte tribunatus exopto teque hortor ut omnia gubernes ut moderere prudentia tua ne te auferant alioꝶ conſilia nemo eſt qui tibi ſapientius ſuadere poſſit te ipſo.nūquam labere ſi te audies non ſcribo hoc temere cui ſcribam uideo noui animum noui cōſilium tuum.non uereor nequid

timide ne quid stulte facias si ea defēdas que ipse recta sēties esse Quod in id reipu.tempus non incideris sed ueneris iudicio enim tuo non casu in ipsum discrimen rerum contulisti tribunatū tuū profecto uides quanta uis in repu.temporum sit quanta uarietas rerum quam īcerti exitus quā flexibiles hominū uoluntates quid insidiaꝝ quid uāitatis in uita non dubito quin cogites sed amabo te cura & cogitatione nihil noui-sed illud idem quod initio scripsi tecum loquere te adhibe ī consiliū te audi tibi obtempera alteri q melius dare consilium possit q̄ tu non facile inueniri potest tibi uero ipsi certe nemo melius dabit.dii īmortales cur ego non adsū uel spectator laudū tuaꝝ uel particeps uel socius uel minister consilioꝝ tam&si hoc minīe tibi deest sed tamē efficeret magnitudo & uis amoris mei consilio te ut possem iuuare scribam ad te plura alias paucis enim diebus eram missurus domesticos tabellarios ut quoniam sane feliciter & ex mea sententia rem gessimus unis litteris totius æstatis res gestas ad senatum perscriberē.De sacerdotio tuo quātam curam adhibuerim q̄quam difficili in re atque causa cognosces ex his litteris quas Thrasoni liberto tuo dedi.Te mi Curio pro tua incredibili in me beniuolentia teque mea in te singulari rogo atque oro ne patiare quicq̄ mihi ad hanc prouintialem molestiā temporis prorogari.præsens tecum egi cū te tribunū plebis isto anno fore nō putarem itemque petiui sæpe per lr̄as sed tum quasi a senatore nobilissimo tum adolescente & gratiosissimo nunc a tribuno plebis & a Curione tribuno nō ut decernat᷑ aliquid noui quod solet esse difficilius sed ut nequid noui decernat᷑ ut & senatus consultū & leges defendas eaque mihi conditio māeat qua profectus sum. hoc te uehementer etiam atque etiā rogo. Vale.

.M .T. C .Lentulo Valerio Iurisconsulto S.d.p.

Vid tu me hoc tibi mandasse existimas?ut mihi gladiatorū compositiones ut uadimōia dilata & cresti compilationem mitteres & ea quæ nobis cum romæ sumus narrare nemo audeat. Vide quantum tibi meo iudicio tribuam.nec me hercule iniuria πολιτικώτερον enī te adhuc neminem cognoui ne illa quidē curo scribas quæ maximis in rebus reipu. gerūtur quottidie nisi quid ad me ipsum pertinebit.scribent alii multi nuntiabūt ꝑferet multa etiam ipse rumor.quare ego nec præterita nec præsentia abste sed ut ab homine longe inposterū prospiciente futura expecto:ut

ex tuis litteris cũ formã reipu. uiderĩ quale ædeficiũ futurũ ſit ſci re poſſim neque tamẽ adhuc habeo quod te accuſem neque enim fuit quod tu plus prouidere poſſes q̃ quiuis noſtrum in primisq; ego qui cum pompeio complures dies nullis in aliis niſi de repu. ſermonibus uerſatus ſum quæ nec poſſunt ſcribi nec ſcribẽda ſũt tantum habeo ciuem egregium eſſe Pompeium & ad omnia quæ prouidenda ſunt in repu. & animo & cõſilio paratum. Quare da te homini complectetur mihi crede. Iam iidem illi & boni & mali ciues uidentur qui nobis uideri ſolent. Ego cum athenis decẽ ipſos dies fuiſſem multumque mecum gallus noſter Canninius profici ſcebar ĩde pridie nonas quintiles cum hoc ad te litteraꝶ dedi. Tibi cum omnia mea cõmendatiſſima eſſe cupio tum nihil magis q̃ ne tempus nobis prouintiæ prorogetur in eo mihi ſunt omnia quod quãdo & quomõ & per quos agẽdũ ſit tu optime. cõſtitues. Vale.

. M. T. C. Lentulo Valerio Iuriſconſulto S. d. p.

Rimum tibi ut debeo gratulor letorq; tum præſenti tũ etiã ſperata tua dignitate ſerius non negligentia mea ſed ignora tione omnium rerum. In his enim ſum locis quo & proter longin quitatem & proter latrocinia tardiſſime omnia perferũt͂: & cum gratulor tum uero quibus uerbis tibi gratias agam non reperio quod ita factus ſis ut dederis nobis queãdmodũ ſcripſeras ad me quem ſemper ridere poſſemus. Itaque cum primũ audiui ego ille ipſe factus ſum. ſcis quẽ dico egique illos õnes adoleſcentes quos ille iactitat difficile eſt loqui te autem contẽplans abſentẽ & quaſi tecum coram loquerer. non edepol quãtam egeris rem neque q̃tũ facinus feceris quodque præter opinionem acciderat mihi refere bã me ad illud incredibile hoc factu obiicitur. repente uero inceſſi omnibus letitiis in quo cum obiurgarer quod nimio gaudio pene deſiperem ita me defendebam ego uoluptatem hominũ nimiã. qd quæris dum illũ rideo pene ſum factus ille ſed hæc pluribus mul taque alia & de te & ad te cum primum ero nactus aliquid ocii. Te uero mi ruffe diligo quem mihi fortuna dedit ãplificatorẽ digni tatis meæ ultorem nõ modo inimicoꝶ ſed et͂ inuidoꝶ meoꝶ. ut eos partim ſceleꝶ ſuoꝶ partim etiam ineptiaꝶ pœniteret. Vale

. M. T. C. Lentulo Valerio Iuriſconſulto S. d. p.

V uide quã timide q̃ ad me litteræ nõ perferantur?Non enĩ possum adduci ut abste posteaq̃ ædilis es factus nullas putẽ datas præsertim cum esset tanta res tantæ gratulationes de te quia quod sperabam de nihilo.balbus enim sum quod non putarã.atq; sic habeto nullam me epistolã accepisse tuam post comitia ista præclara quæ me letitia extulerunt.Ex quo uereor ne idem eueniat in meas litteras equidem nunq̃ domum misi unam epistolam qn ad te esset altera:nec mihi ẽ te iocũdius quicq̃ nec carius sed balbi nõ sumus ad rem redeamus.ut optasti ita est uelles enim ais tantum modo ut haberem negocii quod esset ad laureolam satis.parthos times quia diffidis copiis nostris ergo ita accidit.Nam parthico bello nũtiato locoꝝ quibusdam angustiis & natura montiũ fretus ad amãum exercitum adduxi satis probe ornatum auxiliis & quadam auctoritate apud eos q me non norãt nominis nostri multum est enim in his locis.hiccine est ille qui urbem quem senatus nosti cætera cum uenissem ad amãum qui mons mihi cum Bibulo cõis est diuisus aquaꝝ diuortiis Cassius nr̃ quod mihi magnæ uoluptati fuit feliciter ab antiochea hostem reiecerat.Bibulus prouĩtiam acceperat interea cum meis copiis omnibus uexaui Amanienses hostes sempiternos multi occisi capti reliqui dissipati castella munita ĩprouiso aduentu capta sunt & incensa ita uictoria iusta imperator appellatus apud issum:quo in loco sæpe ut ex te audiui clitarhcus tibi narrauit Dariũ ab Alexandro esse superatũ adduxi exercitum ad infestissimã ciliciæ partem ibi quintum iam & uigesimum diem aggeribus uineis turribus oppugnabam oppidũ munitissimũ pindenissum tantis opibus tantoque negocio ut mihi ad summã gloriam iam nihil desit nisi nomẽ oppidi quod si ut spero cepero tũ uero litteras publice mittam.hæc ad te inpresenti scripsi ut speres te assequi id quod optasses.Sed ut redeam ad parthos hæc estas habuit hũc satis felicem exitum ea quæ sequitur magno est in timore.Quare mi ruffe uigila primum ut mihi succedatur sin id erit quod scribis & ut ego arbitror spissius illud quod facile est nequid mihi temporis prorogetur.de repu.ex tuis lr̃is ut antea tibi scripsi tum præsẽtia tum etiam futura magis expecto.Quare ut ad me omnia q̃ diligẽtissime pscribas te uehemẽter rogo.Vale.

.M.T.C.Imper.M.Celio Aedili S.d.p.

Vtares ne unquam accidere posse ut mihi uerba deessent nõ

solum ista uestra oratoria sed hæc etiã leuia nostratia desunt aũt propter hanc causam quod mirifice sum solicitus quidnã de pro/uintiis decernatur mirum me desiderium tenet urbis.incredibile meoꝝ atque in primis tui satietas autem prouintiæ uel qa uideãur eam famam consecuti ut non tam accessio quærẽda quam fortũa metuenda sit uel quia totum negocium non est dignum uiribus nostris qui maiora onera sustinere in repu.& possim & soleam uel quia belli magni timor impendet quod uidemur effugere si ad cõstitutam diem decedemus.De pantheris per eos qui uenari solent agitur mandato meo diligenter:sed mira paucitas ẽ & eas quæ sũt ualde aiunt queri quod nihil cuiquam insidiaꝝ in mea prouintia nisi sibi fiat itaque constituisse dicuntur in cariã ex nostra ꝓuĩtia decedere sed tamen sedulo fit & in primis a patisco quicquid erit tibi erit.sed quid esset plane nesciebamus mihi me hercule magnæ curæ est ædilitas tua ipse dies me admonebat.Scripsi enim hæc ipsis megalesibus:Tu uelim ad me de õni reipu.statu q̃diligentissi/me perscribas ea enĩ certissima putabo quæ ex te cognouero.Vale

.M.T.C.Imp.M.Celio Aedili S.d.p.

Ollicitus equidem eram de rebus urbãis ita tumultuosæ cõtiones ita moleste qnquatrus afferebantur.Nam citeriora nondum audiebamus.sed tamen nihil me magis sollicitabat quã ĩ his molestiis non me si qua ridenda essent ridere tecum.sunt enĩ multa sed ea nõ audeo scribere.Illud moleste fero nihil me de his rebus habere tuaꝝ litteraꝝ.Quare & si cum tu hæc leges ego iam ãnuum munus confecero tamen obuiæ mihi uelim sint tuæ litteræ quæ me erudiant de omni repu.ne hospes plane ueniam.hoc melius quam tu facere nemo potest.Diogenus tuus homo modestus a me cum philone pessimonte decessit.iter habebat ad deiotaꝝ regẽ q̃quam omnia nec benigna nec copiosa cognorãt.Vrbẽ mi Ruffe cole & in ista luce uiue.omnis peregrinatio quod ab adolescentia iudicaui obscura est & sordida iis quoꝝ industria romæ potest illustris esse.quod cum probe scirem utinam in sententia permansissẽ cum una me hercle ãbulatiuncula atque uno sermone nostro õnes fructus prouinciæ non confero.spero me integritatis laudẽ consecutum non erat minor ex contemneuda quam ex conseruata pro/uintia spes triumphi.In qua nisi satis gloriose triumpharem non esse qdem tam diu in desiderio reꝝ mihi carissimaꝝ.sed ut spero

propediẽ te uidebo.tu mihi obuiã mitte epiſtolas te dignas. Vale.

.M.T.C.Imp. M.Celio Aedili S.d.p.

Aras tuas qdẽ fortaſſe enim non perferũtur:ſed ſuaues acci pio litteras uel quas proxime acceperam q̃prudẽtis q̃multi & officii & conſilii & ſi omnia conſtitueram ſic mihi agenda ut tu admonebas tamen confirmant̃ noſtra conſilia cum ſentimus pru dentibus fideliterque ſuadentibus idem uideri.Ego Appium ut ſæ pe tecũ locutus ſum ualde diligo meque ab eo diligi ſtatim cœptũ eſſe ut ſimultatẽ depoſuimus ſenſi.Nam & honorificus in me con ſul fuit & ſuauis amicus & ſtudioſus ſtudioꝝ etiam meoꝝ.mea ue ro officia ei non defuiſſe tu es teſtis quoniam χόμιχος μάρτισ ut opinor accidit phania & me hercle etiam pluris eum feci quod te amari ab eo ſenſi.iam me Pompeii totum eſſes ſcis.Brutum a me amari intelligis.quid ẽ cauſe:cur mihi non in optatis ſit cõplecti hominem florentem ætate opibus honoribus ingenio liberis pro pinquis affinibus amicis collegam meum præſertim & in ipſa col legii laude & ſciẽtia ſtudioſum mei.Hæc eo pluribus ſcripſi:quod mihi ſignificabãt tuæ litteræ ſubdubitare te qua eſſem erga illum uoluntate.credo te audiſſe aliquid falſum eſt mihi crede ſi qd au diſti.Genus inſtitutoꝝ & rationũ meaꝝ diſſimilitudinẽ nõ nullam habet cum illius adminiſtratiõe prouĩtiæ.Ex eo quidam ſuſpicati fortaſſe ſunt animoꝝ contentione non opinionũ diſſenſione me ab eo diſcrepare nihil autem feci unq̃ neque dixi quod contra illius exiſtimationẽ eſſe uellem.Poſt hoc negocium autem & temeritatẽ noſtri Dolobellæ deprecatorẽ me pro illius periculo præbeo erat ĩ eadem epiſtola ueterãus ciuitatis gaudebam ſane & cõgelaſſe nr̃m amicũ letabar ocio.Extrema pagella pupugit me tuo chirographo quid ais:Cæſarem non defendit curio:qui hoc putat præter me nã ita in uia putaui dii immortales quam ego riſum ueſtrũ deſidero mihi erat in animo quoniam iuriſdictionem confecerã ciuitates lo cupletare in publicanis & iam ſuperioribus luſtris reliqua ſine ſo cioꝝ ulla querella cõſeruata in priuatis ſũmis infimis fuerã iocũ. dus proficiſci in Cilitiam nõis mais & cum prima æſtiua attigiſſẽ militaremque rem collocaſſẽ decedere ex ſenatuſconſulto cupio te ædilem uidere miroque deſiderio me urbs afficit & omnes mei tu que inprimis. Vale

.M.T.C.Imp.M.Celio Aedili S.d.p.

Abio uiro optimo & homine doctissimo familiarissime utor mirificeque eum diligo tum proter sūmum ingenium eius sūmamque doctrinā tum proter singularem modestiā eius negocium sic uelim suscipias ut si esset res mea.noui ego uos magnos patronos.hominem occidat oportet qui uestra opera uti uelit.sed in hoc homine nullam accipio excusationē.omnia relinques si me amabis cū tua opera Fabius uti uolet.ego res romanas uehemēter expecto & desidero īprimisq; quid agas scire cupio.Nam iam diu proter hiemis magnitudinē nihil noui ad nos ferebatur.Vale

.M.T.C.Imp.M.Celio Aedili S.d.p.

On potuit accuratius agi nec prudētius q̄ est actum a te cū Curione de supplicatione.& hercle confecta res ex sententia mea ē cum celeritate tum quod is qui erat iratus competitor tuus & idem meus assensus est ei qui ornauit res nostras diuinis laudibus.Quare scito me sperare ea quæ sequuntur ad quæ tute para. Dolobellam a te gaudeo primum laudari deīde etiam amari nam ea quæ speras Tulliæ meæ prudentia temperari posse scio cui tuæ epistole respondeāt.quid si meam legas quam ego tum ex tuis lr̄is misi ad Appium?sed quid agas?sic uiuitur.quod actum est dii approbent.spero fore iocundum generū nobis.multūque in eo tua nos humāitas adiuuabit:respu.me ualde sollicitat.faueo Curioni. Cæsarem hōestissime cupio.pro Pompeio emori possum.sed tamē ipsa repu.nihil mihi est carius in qua tu nō ualde te iactas.districtus enim mihi uideris esse quod & bonus ciuis & bōus amicus es. Ego de prouintia decedens quæstorem Celium præposui prouītiæ puer inquis?at quæstorem at nobilem adolescentē at omniū fere exemplū neque erat supiore honore usus quem præficerē.Pomptinus multo ante discesserat a quinto fratre impetrari nō poterat quem tamen si reliquissem dicerent iniqui non me plane post ānū ut senatus uoluisset de prouintia decessisse quoniam alterum me reliquissem.fortasse etiam illud adderent senatum eos uoluisse prouintiis præesse.qui antea non præfuissent fratrem meum trieñū Asiæ præfuisse denique nūc solicitus non sum.si fratrem reliqssem oīa timerem.Postremo non tam mea sponte q̄ potētissimorum duorum exemplo qui omnis cassios antoniosque complexi sunt hominem

adolescētē nō tā allicere uolui:q̄ alieāre nolui hoc tu meū cōsilium laudes necesse ē mutari enī nō potest. De occella parū ad me plane scripseras & in actis non erat. tuæ res gestæ ita notæ sunt ut trans montem taurum & de matrimonio sit auditum. Ego nisi quid me ehtesiæ morabuntur celeriter ut spero uos uidebo. Vale.

. M . T . C . Imp. M . Celio Aedili S.d.p.

Agno dolore me affecissent tuæ litteræ nisi iam & ratio ipsa depulisset omnes molestias & diuturna desperatione rerum obduruisset animus ad dolorem nouū. Sed tamen quare acciderit ut ex meis supioribus litteris id suspicareris quod scribis nescio. Quid enim in illis fuit præter querelam tempoꝝ quæ non meum animum magis sollicitū haberet q̄ tuum? Nam non eam cognoui aciem ingenii tui quod ipse uideam te id ut non putē uidere. Illud miror adduci potius se te qui me penitus nosse deberes ut exīstīa res aut me iam improuidū qui ab excitata fortuna ad inclinatam & prope iacentem desisterem aut tam inconstantem ut collectam gratiam florentissimi hominis effunderem a meque ipse deficerē. & quod initio semperque effugi ciuili bello interessem. quod ē igit̃ meum triste consilium ut discederē fortasse in aliquas solitudines nosti enim nō modo stomachi mei cuius tu similē qūo clam habebis sed etiam oculoꝝ in hominum insolentiū in dignitate fastidiū Accedit etiam molesta hæc pompa lictoꝝ meoꝝ nomēque imperii quo appellor. eo si onere carerem quod ueris paruis italiæ latebris contentus essem. sed iam etiam incurrit hæc nostra laurus nō solū in oculos sed etiam in uoculas maliuoloꝝ. quod cum ita esset nihil tamen unquam de profectione nisi uobis approbātibus cogitaui. sed mea prædiola tibi nota sunt in his mihi necesse est esse ne āicis molestus sim. Quod autem in maritimis sum submoueo facillime nōnullis suspicionem uelle me nauigare: quod tamen fortasse non nollem si possem ad ocium. Nam ad bellum quidem qui conuenit præsertim cōtra eum cui spero me satis fecisse ab eo cui tāen satis fieri nullo modo potest. deinde sentētiam meam tu facillime pspicere potuisti iam ab illo tempore cum ī cumanū mihi obuiam uēisti: nō ēim te celaui sed nō ne tu prouidisti q̄abhorrerē ab urbe reliquēda quod cum audissē non ne tibi affirmaui quid uis me potius perpessurū quam ex italia ad bellum ciuile exiturum. qd ergo accidit? cur consilium mutarē? non ne omnia potius ut in sentētia

permanerem:credas hoc mihi uelim:quod puto te existimare me ex his miseriis nihil aliud quærere nisi ut homines aliquãdo intelligant me nihil maluisse quam pacem ea desperata nihil tam fugisse quam arma ciuilia.huius me constantiæ puto fore ut nunq̃ pœniteat:& enim memini in hoc genere gloriari solitum esse fãliarẽ nostrum q.hortensium qui nunquam bello ciuili interfuisset hæc nostra laus erit illustrior quod illi tribuatur ignauiæ de nobis id existimari posse non arbitror.Nec me ista terrẽt que mihi a te ad timorem fidissime atque amãtissime proponuntur nulla est enim acerbitas quæ non omnibus hac orbis terraꝝ pturbatione ĩpẽdere uideatur quam qdem ego a repu.meis priuatis & domesticis incõmodis libentissime uel istis ipsis quæ tu moues ut caueam redẽissẽ Filio meo quẽ tibi carum esse gaudeo si erit ulla respu.satis ãplũ patrimoniũ relinquam in memoriã nominis mei sin autem nulla erit nihil accidet ei sepatim a reliqs ciuibus.Nam quod rogas ut respiciam geneꝝ meum adolescentẽ optimum mihique carissimũ an dubitas cum scias quãti tum illum tum uero Tuliam meam faciam quin ea me cura uehemẽtissime sollicitet & eo magis quod in cõmunibus miseriis hac tamen oblectabar specula.Dolobellã meũ uel potius nostrũ fore ab his molestiis quas liberalitate sua cõtraxerat liberum uelim quæras quos ille dies sustinuerit in urbe dũ fuit q̃acerbos sibi q̃ mihi ipsi socero non honestos.Itaque neq; ego hunc hispaniensẽ casum expecto de quo mihi exploratũ est ita esse ut tu scribis neque quicq̃ astute cogito.si quando erit ciuitas erit profecto nobis locus sin autem non erit in easdẽ solitudines tu ipse ut arbitror uẽies in quibus nos cõsedisse audies.Sed ego fortasse uaticinor ut hæc omnia meliores exitus habebunt.recordor enĩ desperationes eoꝝ qui senes erant me adolescente eos fortasse ego nunc imitor & utor ætatis uitio:uelim ita sit:sed tamen togã prætextam texi oppio puto te audisse nam Curtius noster dibaphum cogitat.sed eum infector moratur.hæc aspersi ut scires me tum ĩ stomacho solere ridere.Dolabellæ quod scripsi suadeo uideas tãq̃ si tua res agatur.Extremum illud erit nos nihil turbulenter nihil temere faciemus.te tamen oramus qbuscũque erimus in terris ut nos liberosq; nostros ita tueare ut ãicitia nostra & tua fides postulabit.Vale

.M.T.C.Imp. Caninio Salustio Quæstori.S.d.p.

Itteras a te mihi stator tuus reddidit tarsi ad xvi kl.sextiles.

his ego ordine ut uideris uelle respōdebo. De successore meo nihil audiui nec quemq̃ fore arbitror: quin ad diem decedam nulla cã ẽ præsertim sublato metu parthico cōmoratuꝝ me nusquam sane arbitror. Rhodum Ciceronum causa pueroꝝ accessurũ puto. neq; id tamen certum ad urbem uelim q̃primum uenire: sed tamen iter meum reipu. & reꝝ urbanaꝝ ratio gubernabit. Successor tuus nō potest ita maturare ullo modo ut tu me in Asia possis conuenire De rationibus referendis non erat incōmodum te nullam referre quam tibi scribis a bibulo fieri potestatem. sed id uix mihi uideris per legem iuliam facere posse. quam Bibulus certa quadam rōne non seruat tibi magnopere seruandam cẽseo. quod scribis apamea præsidium deduci non oportuisse uidebam idem cæteros existĩare molesteque ferebam de ea re minus cōmodos sermões maliuoloꝝ fuisse. Parthi transierint nec ne præter te uideo dubitare nẽinem. Itaque omnia præsidia quæ magna & firma paraueram cōmotus hominum non dubio sermone dimisi. rationes mei questoris nec uerum fuit me tibi mittere nec tamen erant confecte. eas nos apameæ deponere cogitabamus de præda mea præter questores urbanos idest populum romanũ teruntium nec attigit nec tacturus est quisq̃ laodiceæ me prædes accepturum arbitror omnis peccuniæ reipu. ut & mihi & populo cautum sit sine uecturæ piculo. Quod scribis ad me de dracghmis qngentis milibus nihil est quod ĩ isto genere cuiq̃ possim cōmodare. Omnis enim pecunia ita tractatur ut præda a præfectis quæ autem mihi attributa est a quæstore curatur. quod quæris quid existimem de legionibus quæ decretæ sũt in syriam antea dubitabam uenturæ ne essent nunc mihi non est dubium quin si antea auditũ erit ocium esse in Syria uenturæ nō sint. Marium quidem successorem tarde uideo esse uenturũ. proterea quod senatus ita decreuit ut cum legionibus iret. Vni epistolæ respondi uenio ad alteram. Petis a me ut Bibulo te q̃diligẽtissime cōmendem. in quo mihi uoluntas non deest. sed locus esse uidetur tecum expostulãdi solus enim tu ex omnibus qui cum Bibulo sũt certiorem nunquam me fecisti quam ualde Bibuli uoluntas a me sine causa abhorreret pmulti enim ad me detulerũt cum magnus Antiochiæ metus esset & cum magna spes in me atque in exercitu meo solitum dicere a qbusuis se ppeti malle quam uideri eguisse auxilio meo. quod ego officio quæstorio te adductũ reticere de prætore tuo non moleste ferebam quamq̃ quemadmodum tractarere audiebã. Ille autem cum ad ybermum de particho bello scriberet

ad me litteram nunq̃ misit ad quem intelligebat eius belli ptinere periculum tantum de auguratu filii sui scripsit ad me in quo ego misericordia cõmotus & quod semper amicissimus Bibulo fui dedi operam ut ei q̃humanissime scriberẽ. Ille si oĩbus est maliuolus quod nunq̃ existimaui mĩus offendor in me sin autẽ a me ẽ alieni or nihil tibi meæ litteræ ,pdeſ̃. Nã ad senatũ quas Bibulus misit litteras in his quod mihi cum illo erat comune sibi soli attribuit se ait curasse ut cum quæstu populi pecunia pmutaretur quod meũ erat proprium ut alariis transpadanis uti negarem id etiã populo se remisisse scribit quod uero illius erat solius id mecum cõunicat equitibus auxiliariis inquit cum amplius frumenti postularemus Illud uero pusilli animi & ipsa maliuolentia ieiuni atque inanis quod Ariobarzanem quia senatus per me regem appellauit mihi que cõmendauit iste in litteris non regem sed regis Ariobarzanis filium appellat. hoc animo qui sunt deteriores fiunt rogati: sed tibi morem gessi litteras ad eum scripsi quas cum acceperis facies quod uoles. Vale

. M . C . Imp. q. Termo proprætori S. d. p.

Fficium meum erga rhodonem cæteraque mea studia quæ tibi ac tuis præstiti tibi hõini gratissimo grata esse uehemẽter gaudeo mihique scito in dies maiori curæ esse dignitatẽ tuam quæ quidem a te ipso integritate & clementia tua sic amplificata est ut nihil addi posse uideatur sed mihi magis magisq; quotidie de rationibus tuis cogitanti placet illud meum consilium quod initio Aristoni nostro ut ad me uenit ostendi graues te suscepturum inimicitias si adolescens potens & nobilis a te ignominia affectus esset: & hercle sine dubio erit ignominia. habes enim neminem honoris gradu superiorem. ille autem ut õmittam nobilitatem uicit uiros optĩos hoĩes ĩnocẽtissimos legatos tuos q̃ & questor ẽ & questor tuus nocere tibi neminẽ iratũ posse pspicio sed tamẽ tres fratres sũmo loco natos promptos non indisertos te uolo habere iratos iure præsertim quos uideo deinceps tribunos plebis ptrieniũ fore. tempora autem reipu. qualia futura sint quis sit: mihi qdem turbulenta uidnetur fore. cur ego uelim te incidere in terrores tribunitios præsertim cũ sine cuiusquã repræhẽsione legatis quæstorem possis anteferre: qui si dignum maioribus suis præbuerit ut spero & opto tua laus ex aliqua parte fuerit sin quid offenderit. sibi totum nihil tibi offenderit quæ mihi ueniebant in mentẽ quæ

ad te pertinere arbitrabar quod ĩ Cilitiam proficiſcebar exiſtĩaui me ad te ſcribere oportere. tu quod egeris id uelĩ dii approbẽt ſed ſi me audies uitabis ĩimicicias & poſteritatis ocio cõſules. Vale

. M . T . C . Imp. C . Celio. L . F . Quaeſtori S. d. p.

Vm optatiſſimum nuncium accepiſſem te mihi quæſtorem obtigiſſe eo iocundiorem mihi eam ſortem ſperabam fore quo diutius in prouintia mecum fuiſſes magni enim uidebat̃ intereſſe ad eam neceſſitudinẽ quã nobis ſors tribuiſſet cõſuetudinẽ quoq; accedere poſteaq̃ mihi nihil neque a te ipſo neque ab ullo alio de aduentu tuo ſcriberetur uerebar ne ita caderet quod et nũc uereor ne anteq̃ tu in prouintiam ueniſſes ego de prouintia diſcederem. Accepi autem a te miſſas litteras in prouintia cum eſſem ĩ caſtris ad x kl. quintiles ſcriptas humãiſſime quibus facile & officium & ingenium tuum perſpica poſſet ſed neque unde neque quo die datæ eſſent atque quo tempore expectarem ſignificabãt nec is qui attulerat a te acceperat ut ex eo ſcirem quo ex loco & quo tẽpore datæ eſſent. quæ cum eſſent incerta exiſtimaui tamẽ eſſe faciẽdum ut ad teſtatores meos & lictores cum litteris mitterem: quas ſi ſatis oportũo tempore accepiſti mihi gratiſſimum feceris ſi ad me in Ciliciam ueneris nam quod ad me Curius conſobrĩus tuus mihi ut ſcis maxime neceſſarius quod item conſul uirgilius propinqus tuus familiariſſimus nr̃ de te accuratiſſime ſcripſit ualet id quidem apud me multum ſicuti debet hominum amiciſſimorũ diligens cõmendatio. ſed tuæ litteræ de tua præſertim dignitate & de noſtra coniunctione maximi ſunt apud me ponderis mihi quæſtor optatior obtingere nemo potuit. Quamobrem quæcũq; a me ornamenta ad te proficiſcentur ut omnes intelligãt a me habitã eſſe rationem tuæ maiorumq; tuoꝝ dignitatis ſed id facilius conſequar ſi ad me in Ciliciã ueneris quod ego & mea & reipu. & maxime tua intereſſe arbitror. Vale

M . T . CICERONIS . EPISTOLARVM . LIBER . TERTIVS

M . T . C . Salutem dicit Apio pulchro Imp.

I IPSA RESPV . TIBI NARRARE POSSET quomodo ſeſe haberet non facilius ex ea cognoſcere poſſes quã ex liberto tuo phania ita ẽ homo

nõ modo prudens uerum etiã quod uidi & curiosus. Quapropter ille tibi omnia explanabit. id enim mihi & ad breuitatem est aptius & ad reliquas res prudentius. De mea autem beniuolentia erga te & si potes & ex eodem phania cognoscere: tamen uidentur etiam aliquæ meæ partes. sic enim tibi persuade carissimũ te mihi esse tũ proter multas suauitates ingenii officii humanitatis tuæ tũ quod ex tuis litteris & multorum sermonibus intelligo omnia quæ ame profecta sunt inte tibi accidisse gratissima. quod cum ita sit perfi/ciã profecto ut longi temporis usuram qua caruimus intermissa nostra cõsuetudine & gratia & crebritate & magnitudine officioꝝ meoꝝ sarciam: id que me quõiam tu ita uis puto nõ inuita Miner ua esse facturũ quã qdem ego si forte de tuis sũpsero nõ solũ palla da sed etiam appiada nominabo. Cilix Libertus tuus antea mihi minus notus fuit: sed ut mihi reddidit litteras a te plenas & ãoris & officii mirifice ipse suo sermone subsecutus est humãitatẽ lr̃aꝝ tuaꝝ iocunda mihi eius oratio fuit cum de animo tuo de sermoni bus quos de me haberes quottidie mihi narraret. quid quæris? bi duo factus est mihi familiaris: ita tamẽ ut phaniam ualde sim de/sideraturus: quem cum romam remittes quod ut putabamus cele riter eras facturus õnibus ei de rebus quas agi quas curari a me uoles mandata des uelim. Lentulum ualerium iurisconsultũ ualde tibi commendo: sed ita etiam si non est iure consultus: melius enĩ ei cauere uolo quam ipse aliis solet. ualde hominẽ diligo est ex me/is domesticis atque intimis familiaribus. omnino tibi agit gratias sed idem scribit meas litteras maximum apud te põdus habituras id eum ne fallat etiam atque etiam rogo. Vale

M. T. C. Salutem dicit Appio pulchro Imp.

Vm & contra uoluntatẽ meam & præter opinionẽ accidisset ut mihi cum imperio in prouintiam proficisci necesse esset in multis & uariis molestiis cogitatiõibusq; meis hæc una cõsola tio occurrebat quod neq; tibi amicior quam ego sim quisq̃ posset succedere neque ego ab ullo prouĩtiam accipere qui malet eam q̃ maxime mihi aptã explicatãque tradere: quod si tu quoque eãdem de mea uoluntate erga te spem habes ea profecto nunq̃ te fallet. At te maximopere pro sũma nostra cõiunctione tuaque singulari humanitate etiam atque etiam quæso & peto ut qbuscũque rebus poteris. poteris autem plurimis. prospicias & consulas rationibus

melius quã dici aut scribi uolo. Quod itinerum meorum ratio te in nõnul lam dubitationem uidetur adducere uisurus ne me sis in prouĩtia ea res sic se habet Brundusii cum loqueret cum phãia liberto tuo ueni in eum sermonem ut dicerem me libenter ad eam partẽ pro/uintiæ primum esse uenturũ quo te uelle maxime arbitrarer. tũc mihi ille dixit quod classe tu uelles decedere perfore accõmodatũ si ad illam maritimã partem prouĩciæ nauibus accessisem dixi me esse facturum. itaq; fecissem nisi mihi Lẽtulus Clodius noster cor cyræ dixisset minime id esse faciendũ. te laodiceæ fore ad meũ ad/uentum. erat id mihi multo breuius multoq; cõmodius. cum præ/sertim te ita malle arbitrarer. tua ratio postea est cõmutata nunc quid fieri possit tu facillime statues. ego tibi meum cõsilium expo nã. propter kl. sextiles puto me laodiceæ fore per paucos dies dum pecunia accipitur quæ mihi ex publica ꝑmutatione debetur cõmo rabor. deinde iter faciam ad exercitum ut circiter idus sextiles pu tem me ad iconium fore. sed si quid nũc me fallit in scribẽdo. pro cul enim aberam a re ipsa & a locis simul ac progredi cæpero q̃ ce lerrimis potero & q̃ creberrimis litteris faciã ut tibi nota sit õnis ratio dierum atque itinerum meorum. oneris tibi imponere nec audeo qdq̃ nec debeo: sed quod cõmodo tuo fieri possit utriusq; nostrum ma gni interest prius ut conueniamus q̃ decedas. quam facultatem si quis casus eripuerit mea tamen in te omnia officia constabunt nõ secus ac si te uidissem. tibi de nostris rebus nihil sum ante manda turus per litteras q̃ desp̃ato coram me tecum agere posse. Quod te a Sceuola petisse dicis ut dum tu abesses ante aduentum meum prouintiæ præsset eum ego ephesi uidi. fuitque mecũ familiariter triduum illud quid ego ephesi cõmoratus sum. nec ex eo quicq̃ au diui quod sibi mãdatũ a te diceret sane autem uellem potuisse ob/sequi uoluntati tuæ non enim arbitror noluisse. Vale

M. T. C. Appio pulchro Imp. S. d. p.

Vm meum factum cum tuo compero & si non magis mihi faueo in nostra ãicitia tuenda q̃ tibi tamẽ multo magis meo facto delector quam tuo. Ego enim Brundusii quæsiui ex phãia cu ius mihi uidebar fidelitatem erga te ꝓspexisse & nosse locum quẽ apud te is teneret quam in partem prouintiæ maxime putaret te uelle ut in succedendo primũ uenirem. cum ille mihi respondisset nihil me tibi gratius facere posse quam si ad siclam nauigassẽ & si

mĩus dignitatis habebat ille aduẽtus & ad multas res mihi minus erat aptus tamen ita me dixi factuꝝ. Idem cum ego Lentulũ Clodium coreyræ conueniſſem hominem ita tibi cõiunctũ ut mihi cum illo loquerer tecũ loq uiderer dixi ei me ita factuꝝ eſſe ut ĩ eã ptẽ quam phania rogaſſet primum uenirem. tunc ille mihi cum gr̃as egiſſet magnopere a me petiuit ut laodiceam protinus irem te in prima prouintia uelle eſſe ut q̃primũ decederes quin niſi ego ſuc ceſſor eſſem quem tu cuperes uidere te antea quam tibi ſucceſſum eſſet deceſſuꝝ fuiſſe. quod quidem erat conſentaneũ cum tuis l̃ris quas romæ acceperam ex quibus mihi pſpexiſſe uidebar q̃ feſtina res decedere. reſpondi Clodio me ita eſſe factuꝝ. ac multo quidem libentius quam ſi illud eſſet faciendum quod promiſeram phaniæ Itaq; & conſilium mutaui & ad te ſtatim mea manu ſcriptas litte ras miſſi quas quidem ex tuis intellexi ſatis mature ad te eſſe pla/ tas. hoc ego meo facto ualde delector nihil enim potuit fieri amã/ tius. conſidera nunc uiciſſim tuum. non modo ibi nõ fuiſti ubi me q̃primũ uidere poſſes: ſed eo diſceſſiſti quo ego te ne pſequi quidẽ poſſem triginta diebus. qui tibi ad decedendũ ut opinor lege cor/ nelia conſtituti eſſent: ut tuũ factũ illis qui quo ãimo inter nos ſi/ mus ignorent alieni hominis & ut leuiſſime dicam fugiẽtis cõgreſ ſum meũ uero cõiunctiſſimi & ãiciſſimi eſſe uideat̃. ac mihi tamẽ anteq̃ ĩ prouintiã uẽirem redditæ ſunt a te litteræ qbus & ſi te tar ſum proficiſci demonſtrabas: tamen mihi non dubiã ſpem mei cõ ueniendi afferebas. cum interea credo equidẽ maleuoli homines. late enim patet hoc uitiũ & eſt enĩ in multis: ſed tamẽ probabilem materiam nacti ſermonis ignari meæ conſtantiæ cõabant̃ alienare a te uoluntatem meam: qui te forum tarſi agere ſtatuere multa de cernere iudicare dicerent: cum poſſes iam ſuſpicari tibi eſſe ſucceſ ſum. quæ ne ab his quidem fieri ſolerẽt qui breui tempore ſibi ſuc cedi putarent. Ego hoꝝ ſermone non mouebar: quin etiam credas mihi uelim ſi qd tu ageres leuari me putabã moleſtia & ex annua prouintia quæ mihi uidetur longa prope iam undecim menſium prouintiã factam eſſe gaudebã ſi abſenti mihi unius menſis labor detractus eſſet. Illud uere dicã me mouet in tanta militũ paucitate abeſſe tris cohortis quæ ſint pleniſſimæ nec me ſcire ubi ſint. Mo/ leſtiſſime autem fero quod te ubi uiſurus ſim neſcio. eo que ad te tardius ſcripſi quod quottidie te ipſum expectabã cum interea ne litteras quidẽ ullas accepi. quæ me docerẽt quid ageres aut ubi te uiſurus eſſem. Itaque uirũ fortem mihique in primis probatum

Antonium præfectũ euocatoꝝ misi ad te. cui si tibi uideretᷣ cobor tes traderes. ut dum tempus anni esset idõeum aliquid negocii ge/ rere possẽ: ĩ quo tuo cõsilio ut me sperarẽ esse usuꝝ ãicitia nostra & litteræ tuæ fecerant quod ne nunc qdẽ despero: sed plane quã do te uisurus sim nisi ad me scripseris ne suspicari quidẽ possũ. Ego ut me tibi amicissimũ esse & æqui & iniqui intelligant curabo. De tuo in me animo iniquis secus existimandi uideris non nihil loci dedisse. id si correxeris mihi ualde gratũ erit. & ut habere rationẽ possis quo loco me salua lege cornelia conuenias Ego in prouintiã ueni pridie kl. sextiles iter in Ciliciam facio per capadociã. Castra moui ab iconio pridie kl. septembres. nunc tu ex diebus & ex rõne itineris si putabis me esse cõueniendũ constitues quo loco id cõmo dissime fieri posset & quo die. Vale

M. T. C. Appio pulchro Imp. S. d. p.

Luribus ad te scribã cũ plus ocii nactus ero hæc scripsi subi/ to cum Bruti pueri Laodiceæ me conuenissent & se romam properare dixissent. Itaq; nullas his præterq̃ ad te & ad Brutũ de/ di litteras. Legati appiani mihi uolumen a te plenum querelæ ini quissimæ reddiderũt quod eoꝝ ædificationẽ litteris meis impedirẽ Eadem autem epistola petebas ut eos q̃primũ ne ĩ biemẽ ĩciderẽt ad facultatem ædificãdi libertatẽ & simul pacute querebare quod eos tributa exigere uetarem prius quam ego re cognita pmisissẽ. Genus enim quoddã fuisse impediendi cũ ego cognoscerẽ nõ pos/ sem nisi cum ad hiemem me ex Cilicia recepissem. Ad õnia accipe & cognosce equitatẽ expostulationis tuæ primum cũ ad me aditũ esset ab his qui dicerent a se intolerabilia tributa exigi quid habu/ it iniqtatis me scribere ne facerent anteq̃ ego rem cãmque cogno scerem? non poterã credo ante hiemem sic enim scribis: quasi uero ad cognoscendũ ego ad illos non illi ad me uenire debuerint? tam lõge iniquis? quid? cum dabas his litteras per quas mecum agebas ne eos impedirẽ quo minus ante hiemem ædificarẽt nõ eos ad me uenturos arbitrabare? tam&si id quidem fecerunt ridicule. quas enim litteras afferebant ut opus est a te facere possent: eas mihi post brumã reddiderũt: sed scito & pluris esse qui de tributis recu sent q̃ qui exigi uelint & me tamẽ quod te uelle existimẽ esse factu rum. De appianis hactenus a pausania Lentuli liberto ac Cesonio audiui cum diceret te secum esse questũ quod tibi obuiam nõ pro

dissem scilicet cōtepmsi te nec potest fieri quicq̄ sup̄bius:cū puer tuus ad me secunda fere uigilia uēisset:is que te ante lucem icōiū mihi uentuꝝ nūciasset incertūque utra uia cum essent duæ altera Varronem tuum familiarissimū altera leptam præfectum Fabiū meum tibi obuiam misi mandaui utrique eoꝝ ut āte ad me excur rerent ut tibi obuiā prodire possem.currens Lepta uenit mihique nuntiauit te iam castra prætergressū esse confestim iconium ueni cætera iam tibi nota sunt an ego tibi obuiam non prodirē?Primū Appio Cloaudio deīde imperatori deinde more maioꝝ.deīde quod caput est amico præsertim cum in isto genere multo etiam ābitiosi us facere soleā q̄ honos meus & dignitas postulabat.Sed hæc hac/ tenus.Illud idem Pausania dicebat te dixisse.quid ni Ampius Len tulo.Lentulus Appio processit obuiam.Cicero Appio noluit.Que so etiam ne tu has ineptias homo mea sententia sūma prudentia multa etiam doctrina plurimo rerum usu.addo etiam urbanitatē quæ est uirtus ut stoici rectissime putant.ullam lentulitatē uel ap/ pietatē ualere apud me pluris quam ornamenta uirtutis existīas? cum ea consecutus nondū eram quæ sunt hominū opiniōibus am plissima tamen ista uestra nomina nūquam sum admiratus.uiros eos qui ea uobis reliquissent magnos arbitrabar.Postea uero quā ita & cepi & gessi maxima imperia ut mihi nihil neque ad honorē neque ad gloriam adquirēdam deesse putarem superiorem q̄dem nunq̄:sed parē uobis me speraui esse factum.Nec me hercle aliter uidi existimare uel gneum Pompeium quem omnibus qui unquā fuerunt uel publium lentulū antepono.Tu si aliter existimas nihil errabis si paulo diligentius quid sit ἐυγένια quid sit nobilitas in/ telligas.& si Athenodorus Sandonis filius quid de his rebus dicat attenderis.Sed ut ad rem redeam me tibi non amicum modo ueꝝ etiam āicissimum existimes uelim.profecto omnibus meis officiis efficiam ut ita esse uere possis iudicare.Tu autem si id agis ut mi/ nus mea causa dum ego absum debere uidearis quam ego tua la borarim libero te ista cura ϖαρ ἔμοι γε χαὶ ἆμοι ὅιχε μὶσ τίμη σουσὶ μᾶμιϛα λὲ μητὶἐτα ζειό Si autē natura es φὶλαίτιοσ Litiū Amator illud non p̄ficies quominus tua causa uelim.hoc asseque/ re ut quam in partem accipias minus laborem.Hæc ad te scripsi liberius fretus conscientia officii mei beniuolētiæque quam a me certo iudicio susceptā quo ad tu uoles conseruabo.Vale

M. T. C. Appio pulchro Imp.S.d p.

T si quãtum ex tuis litteris ĩtelligere potui uidebam te hanc epistolam cum ad urbem esses esse lectuꝝ refrigerato iam le uissimo sermone hominum prouĩtialiũ tamen cum tu tam multis uerbis ad me de ĩproboꝝ oratiõe scripsisses faciendũ mihi putaui ut tu is litteris breui responderem: sed prima duo capita epistolæ tuæ tacita mihi quodammodo relinquenda sunt. nihil enim habẽt quod aut definitũ sit aut certum nisi me uultu taciturnitate signi ficasse tibi non esse amicum. idque pro tribunali cum aliquid age retur & non nullis in conuiuiis intelligi potuisse. hoc totum nihil esse possum intelligere. Sed cum sit nihil nequid dicatur quidẽ ĩtel ligo. Illud quidem scio meos multos & illustres & ex supiore & ex æquo loco sermones habitos cum tua sũma laude & cum magna significatione nostræ familiaritatis ad te uere potuisse deferri. Nã quod ad legatos attinet quid a me fieri potuit aut elegantius aut iustius quam ut sumptus egentissimaꝝ ciuitatũ minuerẽ sine ulla ĩminutione dignitatis tuæ præsertim illis ciuitatibus postulãtibus Nam mihi totum genus legationum tuo nomine proficiscẽtium notum non erat. Apameæ cum essem multaꝝ ciuitatũ prĩcipes ad me detulerũt sumptus decerni legatis nimis magnos cum soluẽdo ciuitates non essent. Hic ego multa simul cogitaui primũ te homi nem non solum sapientẽ ueꝝ etiam ut nunc loqmur urbanum nõ arbitrabar genere isto legationũ delectari. idque arbitror me syna dis pro tribunali multis uerbis disputauisse. Primum Appiũ Clau dium senatui populoq; romano non mindesiũ testimõio. in ea enĩ ciuitate mentio facta est: sed sua sponte laudatũ esse deinde me ista uidisse accidere multis ut eoꝝ causa legationes romam uenirẽt: sed his legationibus non meminisse ullum tempus laudandi aut locũ dari studia mihi eoꝝ placere: quod in te benemerito grati essẽt cõ/ silium totum uideri minime necessariũ. si autem uellent declarare in eo officium suum laudatuꝝ me si quis suo sumptu functus es/ set concessuꝝ si legitimo non pmissuꝝ si ĩfinito. quid enim repræ hendi potest nisi quod addis uisũ esse quibusdam edictũ meũ qua si consulto ad istas legatiões impediẽdas esse accõmodatũ. Iam ue ro non tantum mihi uidentur iniuriã facere hi qui hæc disputant quam si cuius aures ad hanc disputationẽ patent. romæ composui edictũ nihil addidi. nisi quod publicani me rogarunt cum samum ad me uenissent ut de tuo edicto totidem uerbis trasferrem ĩ meũ diligentissime scriptũ caput est quod ptinet ad minuẽdos sũptus ciuitatũ. quo capite sunt quædam noua salutaria ciuitatibus qbus

ego magno opere delector. Hoc uero ex quo suspicio nata ē me exq sisse aliquid in quo te offenderē trāslatitiū ē. neque enim eram tam desipiens ut priuatæ rei eam legari putarem. qui & tibi nō priua to & pro te non priuata sua: sed publica non in priuato: sed in pu blico orbis terræ consilio idest in senatu ut gratias agerent mitte/ bantur. neque enim cum edixi ne quis in iussu meo proficisceret̃ exclusi eos qui me in castra & qui trāstauꝝ ꝑsequi nō possēt. Nam id est maxime ī tuis litteris irridēdū. quid enim erat quod me ꝑse querentur in castra tauꝝue transirent? cum ego laodicea usque ad icōium iter ita fecerim ut me omniū illaꝝ diocesum quæ eis taurū sunt omniumqꝫ eaꝝ ciuitatum magistratus legationes que cōueni rent: nisi forte postea cæperunt legare q̄ ego tauꝝ transgressus sū. quid certe nō ita est cum enim laodiceæ cum Apameæ cū synadis. cum Philomeli cum iconii essem quibus ī oppidis omnibus cōmo ratus sum ōnes iam istius generis legationes erant cōstitutæ. Atqꝫ hoc tamen te scire uolo me de isto sumptu legationū aut minuen/ do aut remittendo decreuisse nihil nisi quod principes ciuitatum a me postulassent ne in uenditionē tributoꝝ & ī illam acerbissimā exactionem quam tu nō ignoras capitum atque hostioꝝ īducerēt̃ sumptus minime necessarii. Ego autē cū hoc suscepissem non solū iustitia: sed etiam misericordia adductus ut leuarem miseriis ꝑdi/ tas ciuitates. & ꝑditas maxime per magistratus suos non potui in illo sumptu non necessario negligēs esse. tu cum istiusmodi sermo nes ad te delati de me sunt non debuisti credere. si autem hoc ge/ nere delectaris ut quæ tibi in mētem ueniāt aliis attribuas genus sermonis inducis in amicitiam minime liberale. Ego si in prouītia detrahere unq̄ de tua fama cogitassem non ad geneꝝ tuum & ad libertū tuum Brundusii neqꝫ ad præfectū fabrum corcyræ que in locum me uenire uelles retulissem. Quare potes doctissimis homi nibus auctoribus quoꝝ sūt de amicitia gerēda præclarissime scrip ti libri genus hoc totū ōronis tollere. disputabāt. ego contra disse/ rebam. dicebant ego negabam. an mihi de te nihil esse dictū unq̄ putas ne hoc quidem quod cum me laodiceam uenire uoluisses tau rum ipse trāsisti quod hisdem diebus meus conuentus erat apa/ meæ sinadæ Philomeli tuus tarsi. non dicam plura ne in quo te ob iurgem id ipsum uidear imitari. Illud dicam ut sentio si ista quæ alios loqui dicis ipse sentis tua sūma culpa est. sin alii tecum hæc loquuntur tua tamen quod audis culpa nōnulla est mea ratio ī to ta amicitia nostra constans & grauis reperietur. quod si quis me

aſtutiorem figit quid poteſt eſſe callidius quam cum te abſentem ſemper defenderim cum præſertim uſu mihi uentuꝝ non arbitrarer ut ego quoque a te abſens defendẽdus eſſem: nũc cõmitterem ut tu iure optimo me abſentem deſerere poſſes? Vnum genus excipio ſermõis: ĩ quo perſæpe aliqd dicitur quod te putem nolle dici ſi aut legatoꝝ tuoꝝ qſpiam aut præfectoꝝ aut tribunoꝝ militum maledicit quod tamen ipſum non me hercle adhuc accidit me audiente ut aut grauius diceretur aut impurius quam mecum corcyræ Clodius eſt locutus: cũ in eo genere maxime quæreretur te alioꝝ improbitate minus felicem fuiſſe. Hos ego ſermones quod & multi ſunt & tuam exiſtimationẽ ut ego ſentio non offendunt laceſſiui nunq̃: ſed non ualde repreſſi. ſi quis eſt qui neminem bona fide in gratiam putet redire poſſe non noſtram is perfidiã coarguit: ſed indicat ſuam ſimulq; non de me is peius quam de te exiſtimat ſin autem quem mea inſtituta in prouintia non delectant & quadam diſſimilitudine inſtitutoꝝ meoꝝ ac tuoꝝ lædi ſe putat cum uterq; noſtrum recte fecerit: ſed non idem uterque ſecutus ſit. Hunc ego amicum habere non curo. liberalitas tua ut hominis nobiliſſimi latius inprouintia patuit. noſtra ſi ãguſtior & ſi de tua prolixa beneficaque noſtra limitabit aliquid poſterior annus proter quandam triſtitiam tempoꝝ non debent mirari homĩes cũ & natura ſemper ad largiendũ ex alieno fuerim reſtrictior & temporibus qbus alii mouentur hiſdem ego mouear me eſſe acerbum ſibi ut ſim dulcis mihi. De rebus urbãis quod me certiorem feciſti tum per ſe mihi gratũ fuit tũ quod ſignificaſti tibi omnia mãdata mea curæ fore in quibus unum illud te præcipue rogo ut cures ne quid mihi ad hoc negocii aut oneris accedat aut temporis. Hortẽſiũ que noſtrũ collegam & familiarẽ roges ut ſi ũquã mea cã quicq̃ aut ſẽſit aut fecit de hac quoque ſententia bima decedat qua mihi nihil poteſt eſſe inimicius. De noſtris rebus quod ſcire uis Tarſo nõis octobribus Amanũ uerſus profecti ſumus. Hæc ſcripſi poſtridie eius diei cum caſtra haberem in agro moſeſtiæ. ſi quid egero ſcribam ad te neque domum unq̃ ad meos litteras mittam quin adiungam eas quas tibi reddi uelim. De parthis quod quæris nullos fuiſſe puto. arabes qui fuerunt admixto ꝑthico ornatu dicuntur omnes reuertiſſe hoſtem eſſe in ſyria negant ullũ. Tu uelim ad me q̃ſepiſſime & de tuis rebus ſcribas & de meis & de omni reipu. ſtatu de quo ſũ ſollicitus eo magis quo ex tuis litteris cognoui Pompeium noſtrũ inhiſpaniam iturum. Vale

M . T . C . Appio pulchro Imp.S.d.p.

Ix tandem legi litteras dignas appio Clodio plēas hūanitatis officii diligentiæ.aſpectus uidelicet urbis tibi tuam priſtinā urbanitatē reddidit.Nam quas ex itinere āteq̄ ex Aſia egreſſus es ad me litteras miſiſti.unas de legatis a me prohibitis proficiſci alteras de apameoꝝ ædificatione impedita legi pinuitus.Itaq; cōſciētia mea cōſtantis erga te uolūtatis reſcripſi tibi ſubiratus.His uero litteris lectis quas Philotimo liberto meo dediſti cognoui intellexique in prouintia multos fuiſſe qui nos quo animo inter nos ſumus eſſe nollent.Ad urbem uero ut acceſſeris:uel potius ut primū tuos uideris cognouiſſe te ex his qua in te abſentē fide.qua in ōnibus officiis tuendis erga te obſeruātia & cōſtantia fuiſſem.Itaque quāti illud me æſtimare putas quod eſt in tuis litteris ſcriptum ſi quid inciderit quod ad meam dignitatem pertineat:&ſi uix fieri poſſit:tamē te parem mihi gratiam te latuꝝ.Tu uero facile facies. Nihil eſt enī quod ſtudio & beniuolētia uel amore potius effici nō poſſit.Ego &ſi ipſe ita uidebā & fiebam crebro a meis per litteras certior:tamē maximā lætitiam cœpi ex tuis litteris de ſpe minime dubia & plane explorata tui triūphi:neque uero ob eam cām quo ipſe facilius conſequerer.Nam id quidem επικγιον ſed eſt me hercle quod tua dignitas atque āplitudo mihi eſt ipſa cara per ſe quare quoniam plures tu habes q̄ cæteri quos ſcias in hanc prouītiam proficiſci:quod te adeūt fere omnes ſi quid uelis gratiſſimū mihi feceris ſi ad me ſimul atq; adeptus eris quod & tu confidis & ego opto litteras miſeris.Longi ſubſellii ut noſter Pompeius appellat iudicatio & mota:ſi quem tibi item unum alterumue diem abſtulerit quid enim poteſt amplius tua tamē dignitas ſuum locū optinebit.Sed ſi me diligis & ſi a me diligi uis ad me litteras ut q̄ primum lætitia afficiar mittito.Etiam uelim reliquum quod ē pro miſſi ac muneris tui mihi pſoluas:cum ipſam cognitionem iuris augurii conſequi cupio:tum me hercle tuis īcredibiliter ſtudiis erga me muneribusq; delector.Quod autē a me tale quid deſideras ſane mihi cōſiderandū eſt:quo nam te potiſſimū remunerer genere.Nam profecto non eſt meum qui in ſcribendo ut ſoles admirari tantū induſtriæ ponam cōmittere:ut ſcribendo negligens fuiſſe uidear præſertim cum id non modo negligentis:ſed etiam īgrati animi crimen futuꝝ ſit.Veꝝ hoc uidebimus.Illud quod polliceris uelim pro tua fide diligentiaque & pro noſtra non inſtituta:ſed iā

inueterata amicitia cures euitare ut supplicatio nobis q̄ honorifi/
centissime quã primum decernatur:omnino serius misi litteras q̄
uellem.In quo cum nauigandi difficultas fuisset odiosa tũ in ipsũ
discessum senatus ĩcidisse credo meas litteras:sed id feci adductus
auctoritate & consilio tuo idque a me recte factũ puto:quod non
statim ut appellatus Imperator sim:sed aliis rebus additis æstiuis
que confectis litteras miserim.Hæc igitur tibi erunt cure quemad
modũ ostẽdis meq; totũ & mea & meos cõmẽdatos habebis.Vale

M.T.C. Appio pulchro Imp.S.d.p.

Vm est ad nos allatum de temeritate eo℞ qui tibi negotium facesserent & si grauiter primo nuncio cõmotus sum:quod nil tam præter oppinionẽ meam accidere potuit:tamen ut me col/legi cætera mihi facillia uidebantur quod & in te ipso maximam spem & in tuis magnam habebam:multaque mihi ueniebant ĩ mẽ tem:q̄obrem istum laborem tibi etiam honori putarem fore.Illud plane moleste tuli:quod certissimũ & iustissimũ triũphum hoc in uido℞ consilio esse tibi ereptum uidebã:quod si tu tanti facies q̄ti ego semper iudicaui faciendũ esse facies sapienter & ages uictor ex inimico℞ dolore triunphũ iustissimũ.Ego enim plane uideo fo/re uerius opus sapiẽtia tua uehemẽter ut inimicos tuos pœniteat intem pantiæ suæ.De me tibi sic cõtestans omnis deos ꝓmitto atq; confirmo me pro tua dignitate:malo enim dicere q̄ pro salute.in hac prouintia cui tu præfuisti rogando deprecatoris laborãdo pro pinqui auctoritate cari hominis ut spero apud ciuitates grauitate impatoris susceptu℞ officia atq; partis.omnia uolo a me & postu les & spectes.Vincam officiis meis cogitatiões tuas.q.seruilius p/ breues a te mihi litteras reddidit:quæ mihi tamen longe nimis ui sæ sunt.iniuriam enim mihi fieri putabam cum rogabar.Nollem accidisset tempus ĩ quo ꝑspicere posses quanti te q̄ti Pompeiũ quẽ unum ex omnibus facio ut debeo plurimi q̄ti Brutum facerẽ q̄q̄ in cõsuetudine quottidiana prospexisses sicuti prospicies.Sed quo niam accidit si quid a me prætermissũ fuerit cõmissum facinus & admissum dedecus confitebor.Pomptinus qui a te tractatus ẽ præ stanti fide ac singulari.cuius tui beneficii sum ego testis præstat tibi beniuolentiã memoriãq; quam debet qui cum maxĩs rebus co actus a me ĩuitissimo decessisset.tãen ut uidit ĩteresse tua cõscẽdẽs iam nauem epheso laodiceam reuertit.talia te cum studia uideam

habitu⁊ esse inumerabilia plane dubitare non possum qn tibi amplitudo ista sollicitudo futura sit. Si uero efficis ut censores creēt̃ & si ita gesseris cēsuram ut debes & potes non solum tibi sed tuis omnibus uideo inppetuū sūmo te præsidio futu⁊. Illud pugna & enitere ne quid nobis temporis prorogetur ut cum hic satisfeceri mus istic quoq; nostram in te bēiuolentiā nauare possimus. Quæ de hominū atque ordinum omnium erga te studiis scribis ad me minime mihi miranda & maxime iocunda acciderūt eademq; ad me pſcripta sunt a familiaribus meis. Itaque capio magnā uoluptatem cum tibi cuius mihi amicitia non solum ampla sed etiam iocunda est ea tribui quæ debeantur. tum uero remanere & nunc in ciuitate nostra studia prope omniū consensu erga fortes & īdustrios uiros quæ mihi ipsi una semp tributa merces est labo⁊ & uigilia⁊ mea⁊. Illud uero mihi permirū accidit tātam temeritatē fuisse in eo adolescēte cuius ego salutem duobus capitis iudiciis summa contentione defendi ut tuis inimicitiis suscipiendis obliuiscere tur patroni omnium fortuna⁊ ac rationum sua⁊ præsertim cum in omnibus uel ornamētis uel præsidiis redūdares. illi ut leuissime dicam multa deessent cuius sermo stultus & puerilis erat iam āte ad me a Marco celio fāiliari nostro pſcriptus: de quo item sermōe multa descripta sunt abs te. Ego autem citius cum eo qui tuas inimicitias suscepisset ueterem cōiunctionē dirimissem q̄ nouā cōciliassem: neque enim de meo erga te studio dubitare debes: neq; id est obscu⁊ cuiq̄ in prouintia: nec romæ fuit: sed tamen significat̃ ī tuis litteris suspicio quædam & dubitatio tua de qua alienū tempus est mihi tecum expostulandi purgādi autem mei necessarium Vbi enim ego cuiq̄ legationi fui impedimento quominus romam ad laudem tuam mitteretur: aut in quo potui si te palam odissem minus quod tibi obesset facere: sic enī magis aperte inimicus essē quod si essem ea perfidia qua sunt hi qui in nos hoc conferūt tāen ea stultitia certe non fuissem ut aut obscuro odio apertas inimicitias aut in quo tibi nihil nocerem sūmam ostenderem uolūtatem nocēdi. ad me adire quosdam memini qui dicerent nimis magnos sumptus legatis decerni quibus ego non tam īperaui quam cēsui sumptus legatis q̄ maxime ad legem corneliā decernendos. atque in eo ipso me non pseuerasse testes sunt rationes ciuitatū: in qbus q̄tum quæq; uoluit legatis tuis datum induxit. Te autem qbus mēdaciis homines leuissimi onerarūt non modo sublatos sūptus: sed etiā a ꝓcuratoribus eo⁊ q iam profecti essent repetitos & ablatos:

eamque causam multis oío non eundi fuisse?Quererer tecum atq;
expostularẽ:nisi ut suprascripsi purgare me tibi hoc tuo tẽpore q̃
accusare te mallem.idq; putarẽ esse rectius. Itaque nihil de te quod
credideris de me quamobrem non debueris credere pauca dicam
Nam si me uirum bonum si dignum his studiis:eaque doctrĩa cui
me a pueritia dedi si satis magni animi non minimi cõsilii in ma
ximis rebus ꝑspectũ habes nihil in me non modo ꝑfidiosũ & insi/
diosum & fallax in amicitia sed ne humile quidẽ aut ieiunũ debes
agnoscere. Sin autem astutũ & occultũ libet fingere quid ẽ quod
minus cadere in eiusmodi naturã possit q̃ autem florẽtissimi hoĩs
aspernari beniuolẽtiã aut eius existimationẽ oppugnare in prouin
tia cuius laudem domi defenderis?aut in ea re animum ostendere
inimicũ in qua nihil obsis?aut eligere ꝑfidiam quod ad iudicãdũ
odium apertissimũ sit ad nocendũ leuissimum. Quid erat aũt cur
ego tam in te implacabilis essem? cum te ex fratre meo ne tũc qui
dem cum tibi prope necesse esset eas agere partis inimicũ mihi fu
isse cognouissem cum uero reditum nostrum in gratia uterque ex
petisset:quid in consulatu tuo frustra mecum egisti?quod me aut
facere aut sentire uoluisses?qd mihi mãdasti cum te puteolis ꝓse/
querer:in quo non expectationẽ tuã diligentia mea uincerẽ?Quod
si est maxime astuti omnia ad utilitatem suam referre quid mihi
tandem erat utilius quid cõmodis meis aptius q̃ hominis nobilissi
mi atque honoratissimi cõiunctio?cuius opes ĩgeniũ.liberi affines
propinq mihi magno uel ornamẽto uel præsidio esse possent.quæ
tamen omnia in expetenda amicitia non astutia quadã:sed aliqua
potius sapientia secutus sum.quid illa uincula quibus qdem libẽ/
tissime astringor quãta sunt studioꝝ similitudo suauitas cõsuetudi
nis delectatio uitæ atque uictus sermonis societas litteræ ĩteriores
atque domesticæ?quid illa tandem popularia reditus illustris ĩ gra
tiam in quo ne per inprudentiã qdem errari potest sine suspitiõe
perfidiæ amplissimi sacerdotii collegiũ.in quo non modo ãicitiam
uiolari apud maiores nostros fas non erat:sed ne optari quidem
sacerdotẽ nõ licebat:q cuiq̃ ex collegio esset inimicus quæ ut omit
tam tam multa atq; tanta.quis unq̃ tanti quemq̃ fecit aut facere
potuit aut debuit quãti ego Gneum Pompeiũ socerum filiæ tuæ &
enĩ si merita ualẽt patriã liberos salutẽ dignitatẽ memet ipsũ mihi
per ipsum restituta puto.si consuetudinis iocunditas.quæ fuit ũq̃
amicitia consulariũ ĩ nostra ciuitate cõiunctior?si illa amoris atq;
officii signa quid mihi ille non comisit?quid non mecũ cõunicauit

quid de se in senatu cum ipse abesset per quemq̃ agi maluit:qbus ille rebus me non ornatissimũ uoluit amplissime:qua denique ille facilitate qua humanitate tulit cõtentionem meam pro milone ad uersantem interdũ actionibus suis:quo studio prouidit ne qua me illius temporis inuidia attingeret cum me consilio cum auctorita te cum armis dẽique suis texit:quibus quidem temporibus hæc ĩ eo grauitas hæc animi altitudo fuit nõ modo ut phrigi alicui aut licaoni quod tu in legatis fecisti:sed ne sũmoꝝ quidẽ hominũ mali uolis de me sermõibus crederet huius igit̃ filius cũ sit gener tuus cũque præter hanc cõiunctionẽ affinitatis q̃ sis Gneo Pompeio ca rus q̃que iocundus.intelligam quo tandem animo ĩ te esse debeo: cum præsertim ad me eas is litteras miserit qbus etiam si tibi cui sum amicissimus hostis essem placarer tamen totumq; me ad eius uiri ita de me meriti uoluntatẽ nutũque cõuerterẽ:Sed hæc hacte nus.pluribus enim etiam fortasse uerbis q̃ necesse fuit scripta sũt Nunc ea quæ a me profecta quæque instituta sint cognosce.atque hæc agimus & agemus magis pro dignitate q̃ pro periculo tuo:te enim ut spero propediẽ censorem audiẽus:cuius magistratus offi cia quæ sunt maximi animi sũmique consilii tibi diligentius & ac curatius q̃ hæc quæ nos de te agimus cogitanda esse censeo. Vale

M . T . C .Appio pulchro Imp.S.d.p.

Vm essem ĩ castris ad fluuiũ piramum redditæ mihi sunt u/ no tẽpore a te epistolæ duæ quas ad me.q.seruilius tarso mi serat.Earum in altera erat dies asscripta nonaꝝ aprilium:in altera quæ mihi recentior uidebatur dies non erat.Respondeo igitur su/ periori prius inqua scribis ad me de absolutiõe maiestatis.de qua & si pmultum antea certior factus eram litteris nũtiis.fama dẽiq; ipsa nihil enĩ fuit clarius.non quo quisq̃ aliter putasset:sed nihil de insignibus ad laudem uiris obscure nũtiari solet.tamen eadem illa letiora fecerunt mihi litteræ tuæ:non solũ quia planius loque bantur & uberius q̃ uulgi sermo:sed etiam quia magis uidebar ti bi gratulari cum de te ex te ipso audiebam.Cõplexus igitur sum cogitatione te absentem.epistolam uero osculatus.etiam ipse mihi gratulatus sum.quæ enim a cuncto populo a senatu a iudicibus in genio industriæ uirtuti attribuuntur.quia mihi ipse assentior for tasse cum ea esse in me fingo mihi quoq; ipsi tribui puto:nec tam gloriosum exitum tui iudicii extitisse:sed paruam mẽtẽ inimicorũ

tuorum fuisse uidebar. De ambitu uero quid interest inqes an de maiestate? ad rem nihil alteꝝ enim nõ attigisti alterã auxisti. Veꝝ tamen est maiestas ut Sylla uoluit. ne in quéuis impune declarari liceret ambitus uero ita aptam uim habet ut aut accusetur ĩprobe aut defendatur. Qui enim facta & nõ facta largitio ignorari põt? tuoꝝ autem bonoꝝ cursus cui suspectus unquã fuit? me miseꝝ q non affuerim: quos ego risus excitassem? Sed de maiestatis iudicio duo mihi illa ex tuis litteris iocundissima fuerũt. Vnum quod te ab ipsa repu. defensum scribis: quæ quidé etiam ĩ sũma bonorum & fortium ciuiũ copia tueri tales uiros deberet. Nunc uero eo magis quod tanta penuria est in omni uel honoris uel ætatis gradu ut tam orba ciuitas tales tutores complecti debeat. Alteꝝ quod Põpeii & Bruti fidem béiuoléتiãq; mirifice laudas letor uirtute & officio tum tuoꝝ necessarioꝝ meoꝝ ãicissimoꝝ tum alterius omnium seculoꝝ & gentium principis alterius iam pridem iuuẽtutis celeriter ut spero ciuitatis. De mercéariis testibus a suis ciuitatibus notandis nisi iam aliquid factum est per flaccum fiet a me cum per Asiam decedam. Nunc ad alteram epistolã uenio: quod ad me quasi formam cõmuniũ tempoꝝ & totius reipu. misisti expressã prudentia litteraꝝ tuarum ualde mihi grata est. Video enim & picula leuiora q̃ timebam & maiora præsidia: si quidem ut scribis õnes uires ciuitatis se ad Põpei ductũ applicauerũt: tuumq; simul ꝓmptum animũ & alacrem prospexi ad defendendã rempu. mirificãque cepi uoluptaté ex hac sũma diligentia. quod in sũmis tuis occupationibus mihi tamen reipu. statũ perite notum esse uoluisti. Nã augurales libros ad cõmune utriusque nostrũ ociũ serua. Ego enĩ a te cum promissa tua per litteras flagitabam ad urbem te ociosissimum esse arbitrabar. Nũc tamen pro auguralibus libris ut ipse polliceris orationes tuas cõfectas omnes expectabo. Tullius cui mãdata ad me dedisti non cõuenerat me. nec erat iam qſquam mecũ tuoꝝ præter omnes meos qui sunt omnes tui. Stomachosiores meas litteras quas dicas esse non ĩtelligo. Bis ad te scripsi me purgãs diligéter te leuiter accusans: ĩ eo quod de me cito credidisses. quod géus querelæ mihi quidem uidebatur esse amici. sin tibi displicet non utar eo posthac. sed si ut scribis. hæ litteræ non fuerĩt disertæ scito meas non fuisse. ut Aristarchus homeri uersum negat qué non probat sic tu: libet enim mihi iocari: quod disertum non erit ne putaris meum. Vale. & in censura si iam es censor ut spero de proauo multũ cogitato tuo.

M . T . C . Appio pulchro Imp.S.d.p.

Ratulabor tibi prius:ita enĩ rerꝝ ordo postulat.deinde ad me conuertar.ego uero uehementer gratulor de iudicio ãbitus Neque id quod nemini dubiũ fuit absolutũ esse te:sed illud ꝙ quo melior cuius quo uir clarior quo fortior amicus es quoque plura uirtutis industriæ ornamenta in te sunt eo mirandũ est magis nullam ne in tabellæ quidem latebra fuisse absconditam maliuolẽtiã quæ te ĩpugnare auderet.non hoꝝ tempoꝝ non hoꝝ hominũ atq; morum negociũ nihil iam sum pridem admiratus magis.De me autem suscipe paulisper meas partes & eum te esse finge qui ego sum.si facile inueneris quid dicas noli ignoscere hæsitationi meæ Ego uero uelim mihi tulliæque meæ sicut tu amicissime & suauissime optas prospe euẽire ea quæ me ĩsciente facta sunt a meis:sed ita cecidisse ut agerẽtur eo tempore spero omnino cum aliqua felicitate & opto.Verum tamen plus me in hac spe tua sapiẽtia & humanitas consolatur q̃ oportũitas temporis.Itaq; quẽadmodũ expediam exitum huius ĩstitutæ orationis non reperio.neque enĩ tristius dicere quicq̃ debeo ea de te quam tu ipse omnibus optimis prosequeris neque non me tamen mordet aliquid.in quo unum uereor ne tu parum ꝑspicias ea quæ gesta sint ab illis esse gesta qbus ego ita mandarã ut cũ tam longe absfuturus essem ad me ne referrent agerent quod probassẽt.In hoc autem illud mihi occurrit.qd tu igitur si fuisses?rem probassem de tempore nihil te ĩuito nihil sine consilio egissem tuo.uides sudare iam dudum laborantẽ quo ea tuear quæ mihi tuenda sunt & te non offendam.Leua me igitur hoc onere.nunq̃ enim mihi uideor tractasse causam difficiliorem sed sic habeto tamen nisi iam tunc omnia negotia cum sũma tua dignitate diligẽtissime cõfecissem:tam&si uidebatur nihil ad meũ erga te pristinum studium addi posse:tamen hac mihi affinitate nunciata non maiore eqdem studio:sed actius apertius significãtius dignitatẽ tuam defendissem.Decedẽti mihi & iam impio ãnuo terminato ãte diu nonas sextiles cũ ad sidam naui accederẽ & mecum.q.seruilius esset litteræ a meis sunt redditæ:dixi statim Seruilio & enim uidebatur esse cõmotus ut omnia a me maiora expectarẽt quid multa?bẽiuolẽtior tibi q̃ fui nihilo sum factus diligẽtior ad declarandã beniuolentiã multo.Nam ut uetus nostra simultas ãtea stimulabat me ut cauerem ne cui suspicionem ficte recõcilia tæ gratiæ darem sic affinitas nouam curã mihi affert cauendi ne

quid de sũmo meo erga te amore detractum esse uideatur. Vale

M. T. C. Appio pulchro Imp. S. d. p.

Vasi diuinarem tali ĩ officio fore mihi aliquando expetendũ studium tuum sic cum de tuis rebus gestis agebatur inser/uiebam honori tuo: dicam tamẽ uere plusq̃ accepas redidisti quis enim ad me non scripsit te non solum auctoritate orationis senten tia tua quibus ego a tali uiro contẽtus eram: sed etiam opera con silio domum ueniendo cõueniendis meis nullum onus officii cuiq̃ reliquum fecisse? Hæc mihi ampliora multo sunt q̃ illa ipsa ꝑter quæ hæc laborantur. Insignia enim uirtutis multi etiã sine uirtute assecuti sunt talium uiroꝝ studia assequi sola uirtus potest. Itaque mihi propono fructum amiciciæ nostræ ipsam amiciciã: qua nihil est uberius præsertim in his studiis quibus uterque nostrũ deuin ctus est. Nam tibi me profiteor & in repu. socium de qua idem sẽ timus & in quottidiana uita cõiunctum cum his artibus studiisq; quæ colimus. Vellem ita fortuna tulisset. ut q̃ti ego omnis tuos fa cio tanti omnes meos facere posses: quod tamen ipsum nescio qua ꝓmotus animi diuinatione non despero: sed hæc nihil ad te. nostrũ est onus. Illud uelim sic habeas quid intelliges hac re nouata addi/tum potius aliquid ad meum erga te studium cui nihil uidebatur addi posse q̃ quicq̃ esse detractũ: cum hæc scribebam cẽsorem iam te esse sperabam. eo breuior ẽ hæc epistola mea & ut aduersus ma/gistrum morum modestior. Vale

M. T. C. EPISTOLARVM FAMILIARIVM LIBER IIII.

M. T. C. SERVIO SVLPITIO SALVTEM DICIT. P.

AIVS TREBATIVS FAMILIARIS MEVS ad me scripsit te ex se quæsisse quibus in locis es sem. molesteque te ferre quod me proter ualitu/dinẽ tuam cum ad urbem accessissẽ non uidisses & hoc tẽpore uelle te mecum esse si propius acces sissem de officio utriusq; nostrum comunicare. Vtinam serui saluis rebus: Sic. n. est dicendum colloq potuisseus inter nos profecto aliquid opis occidenti reipu. tulissemus cogno/rã enim iam absens te hæc mala multo ante prouidentẽ defensorẽ

pacis & in consulatu tuo & post consulatū fuisse. Ego autē cū con silium tuum probarem & idem ipse sentirē nihil proficiebā. sero enim ueneram solus eram. rudis esse uidebar in eam incideram ī hominū pugnandi cupidoꝝ insanias. Nunc quoniam nihil iam ui debimur opitulari posse reipu. si quid est ī quo nobis metipsis cō/ sulere possimus non ut aliquid ex pristino statu nostro retīeamus sed ut q̄honestissime lugeamus nemo est omniū qui cū potius mi hi quā tecum coīcādū putem. nec enim clarissimoꝝ tuoꝝ quorum similes esse debemus exempla neq; doctissimoꝝ quos semp coluisti precepta te fugiunt. atque ipse antea ad te scripsissem te frustra ī senatum siue potius ī conuentū senatoꝝ esse uentuꝝ ni uetitus es/ sem ne eius animum offenderem qui a me ut te imitarer petebat cui quidem ego cum me rogaret ut adessem in senatu eadem oīa quæ a te de pace & de hispanis dicta sunt ostendi me esse dicturū Res uides quomodo se habeat orbem terraꝝ impiis distributis ar dere bello. urbē sine legibus. sine iudiciis sine iure sine fide relictā direptioni & incendiis. Itaque mihi uenire in mentem nihil potest non modo quod sperem: sed uix iam quod audeam optare sin aūt tibi homini prudētissimo uideretur utile esse nos colloqui: quanq̄ longius etiam cogitabam ab urbe discedere cuius etiam nomen ī/ uitus audio tamen propius accedam: Trebatioq; mandaui ut si qd tu eum uelles ad me mittere ne recusaret idque ut facias uelim. aut si quem tuoꝝ fidelium uoles ad me mittas ne aut tibi exire ex urbe necesse sit aut mihi accedere. Ego tibi tantum tribuo q̄tum mihi fortasse arrogo ut exploratū habeam quicqd nos de cōmuni sententia statuerimus id omnes homines probaturos. Vale

M . T . C . Seruio Sulpitio S.d.p.

D tertium kl. maias cū essem in cumano accepi tuas litteras quibus lectis cognoui non satis prudenter fecisse Philotimū qui cum abs te mandata haberet ut scribis de omnibus rebus ipse ad me non uenisset litteras tuas misisset quas ītellexi breuiores fu isse quod eum platuꝝ putasses: sed tamen posteaq̄ litteras tuas legi postumia tua me cōuenit & seruius noster. His placuit ut tu ī cu/ manum uenires qui etiam mecum ut ad te scriberē egerūt. Quod meum consilium exquiris id est tale ut capere facilius ipse possim quam alteri dare. quid enim est quod audeam suadere tibi hōini sūma auctoritate sūmaq; prudētia: si qd rectissimū sit quærimus

pſpicuũ eſt ſi quid maxime expediat obſcurum. Sin hi ſumus qui profecto eſſe debẽus ut nihil arbitremur expedire niſi quod rectũ boneſtũq; ſit non poteſt eſſe dubium qd faciendũ nobis ſit. Quod exiſtimas meam cauſam coiunctã eſſe cũ tua certe ſimilis ĩ utroq; noſtrum cum optime ſentiremus error fuit. Nam omnia utriuſq; conſilia ad cõcordiã ſpectauerũt quamq̃ ipſi Cæſari nihil eſſet uti lius gratiam quoq; nos inire ab eo defendẽda pace arbitrabamur. q̃tum nos fefellerit & quem in locum res deducta ſit uides. neque ſolum ea pſpicis quæ gerunt quæque iam geſta ſint: ſed etiam qui curſus re℞ qui exitus futurus ſit. ergo aut probare oportet quæ fi unt aut intereſſe ſi etiam non probes. quo℞ altera mihi turpis alte ra etiam piculoſa ratio uidetur. reſtat ut diſcedẽdum putem ĩ quo reliqua uidetur eſſe deliberatio quod conſilium indiſceſſũ quæ loca ſequamur. omnino cum miſerior res nunquã accidit tum ne deli beratio quidẽ difficilior nihil enim conſtitui poteſt quod non ĩcur rat in magnam aliquã difficultatẽ. Tu ſi uidebitur ita cenſeo faci as ut ſi babes iam ſtatutum quid tibi agendũ putes in quo nõ ſit coniunctũ cõſilium tuum cum meo ſupſedeas hoc labore itineris ſin autem eſt quod mecum comunicare uelis ego te expectabo. Tu quod tuo cõmodo fiat q̃primum uelim uenias ſicut ĩtellexi & Ser uio & Poſtumiæ placere. Vale

M. T. C. Seruio Sulpitio S. d. p.

Ebementer te eſſe ſollicitum & in comunibus miſeriis præci puo quodam dolore angi multi ad nos quottidie defferunt: quod quãq̃ minime miror & meũ quodã modo agnoſco doleo ta/ men te ſapientia præditum prope ſingulari nõ tuis bonis delecta ri potius quam alieis malis laborare. Me equidem & ſi nemini cõ cedo qui maiorem ex pnitie & ex peſte reipu. moleſtiã traxerit ta/ men multa iam conſolãtur maximeque cõſcientia cõſilio℞ meorũ: multo enim ante tanquam ex aliqua ſpecula perſpexi tẽpeſtatem futuram neque id ſolũ mea ſponte: ſed multo etiam magis mouẽ te & denunciante te & ſi enim abfui magnã partem conſulatus tui tamen & abſens cognoſcebã quæ eſſet tua in hoc peſtifero bello ca uendo & prædicendo ſententia & ipſe affui primis temporibus tui conſulatus cum accuratiſſime monuiſti Senatũ collectis omnibus bellis ciuilibus ut & illa timerent quæ meminiſſent & ſcirent cum ſupiores nullo tali exemplo ãtea ĩ repu. cogito tam crudeles fuiſſẽt

qcumq; postea rempu.oppressisset armis ĩtolerabiliorẽ futurum nam quod exemplo fit id etiam iure fieri putant.sed aliquid atq; adeo multa addunt & afferunt de suo. Quare meminisse debes eos qui auctoritatẽ & consilium tuum non sunt secuti sua stultitia cecidisse cum tua prudentia salui esse potuissent. Dices quid me ista res consolatur in tãtis tenebris & quasi ꝑpetuis reipu.est omnino uix cõsolabilis dolor tãta est omnium rerum amissio & desperatio recuperandi:sed tamen & Cæsar ipse ita de te iudicat & omnes ciues sic existimant quasi lumen aliquod extinctis cæteris elucere sãctitatem & prudentiã & dignitatẽ tuam. Hæc tibi ad leuandas molestias magna esse debent. Quod autem a tuis abes ideo leuius ferẽdum est quod eodem tempore a multis & magnis molestiis abes quas omnis ad te ꝑscriberẽ nisi uererer ne ea cognosceres absens quæ quia non uides mihi uideris meliore esse conditione q̃ nos q uidemus.hactẽus existimo nostram consolationẽ recte adhibitam esse quod certior ab homĩe amicissimo fieres his de rebus quibus leuari possent molestiæ tuæ. Reliqua sunt in te ipso neq; mihi ignota nec minima solatia & ut quidem ego sentio multo maxima quæ ego ipse expiens quottidie sic probo ut ea mihi salutem afferre uideantur.te autẽm ab initio ætatis memoria teneo sũme omniũ doctrinaꝝ studiosum fuisse omniaq; quæ a sapientissimis ad bene uiuẽdum tradita essent sũmo studio curaque didicisse quæ quidem uel optimis rebus & usui & delectationi esse possent. His uero temporibus habemus aliud nihil in quo acqescamus.nihil faciã ĩsolẽter.neque te tali sciẽtia uel natura præditũ hortabor ut ad eas te referas artis quibus a primis temporibus ætatis studiũ tuum dedisti:tantum dicam quod te spero approbatuꝝ me posteaq̃ illi arti cui studueram nihil esse loci neque in curia neque ĩ foro uiderem omnẽ meam curam atque operam ad philosofiã cõtulisse tuæ sciẽtiæ excellenti ac singulari non multo plus q̃ nostræ relictum ẽ loci Quare non equidem te moneo:sed mihi ita persuasi te quoque in hisdem uersari rebus quæ etiam si minus prodessent animũ tamẽ a sollicitudine abducerent. Seruius quidem tuus in omnibus ingenuis artibus inprimisq; in hac in qua ego me acqescere scripsi ita uersatur ut excellat. A me uero sic diligitur ut tibi uni concedam præterea nemini mihiq; ab eo gratia refertur.ĩ quo ille existimat: quod facile apparet cum me colat & obseruet tibi quoque in eo facere gratissimũ. Vale

M. T. C. Seruio Sulpitio S.d.p.

Ccipio excusationem tuam qua usus es cur sepius ad me lr̃as uno exemplo dedisses:sed accipio ex ea parte quatéus aut negligentia aut īprobitate eoꝝ qui epistolas accipiant fieri scribis ne ad nos pferantur. Illam partem excusationis qua te scribis orõnis pauptate:sic enim appellas hisdé uerbis sæpius epistolas mittere nec nosco:nec probo:& ego ipse quem tu per iocum sic enim accipio diuitias orationis habere dicis me non esse uerboꝝ admodum inopem agnosco υρωνένερϑαι enim non necesse est:sed tamen idem nec hoc υρωνένομθισ facile cedo tuoꝝ scriptoꝝ subtilitati & elegantiæ consiliū tuum quo te usum scribis hoc achaicū negocium nõ recusauisse cum semp probauissé tum multo magis probaui lectis tuis proximis litteris.omnes enim causæ quas cõmemoras iustissimæ sunt tuaque & auctoritate & prudentia dignissimæ. Quod aliter cecidisse rem existimas atque opinatus sis id tibi nullo modo assentior:sed quia tanta pturbatio & confusio est reꝝ ita perculsa & prostrata fedissimo bello iacent omnia ut is cuique locus ubi ipse sit sibi quisque miserrimus esse uideatur proterea & tui consilii pænitet te & nos qui domi sumus tibi beati uidemur. At contra nobis non tu quidem uacuus molestiis:sed præ nobis beatus:atque hoc ipso melior est tua quã nostra condicio quod tu qd doleas scribere audes.nos ne id quidé tute possumus nec id uictoris uitio quo nihil moderatius:sed ipsius uictoriæ quæ ciuilibus bellis semper est īsolens. Vno te uicimus quod de Marcelli collegæ tui salute paulo ãte quam tu cognouimus etiam me hercule quod quéadmodū ea res ageretur uidimus. Nam sic fac existimes post has miserias idest postq̃ armis disceptari cœptū sit de iure publico nihil esse actum aliud cum dignitate. Nam & ipse Cæsar accusata acerbitate Marcelli.sic enim apellabat:laudataq; honorificétissime & æquitate tua & prudentia præter spem dixit se senatui rogãti de Marcello ne hominis quidé eã negatuꝝ. Fecerat autem hoc senatus ut cum a Lucio pisone mentio esset facta de Marcello & cū Marcellus se ad Cæsaris pedes abiecisset cunctus senatus consurgeret & ad Cæsarem supplex accederet.noli quærere ita pulcher hic dies iusus est quasi spetiem uiderer uidere aliquam reuiuiscentis reipu.itaque cum omnes ãte me rogati gratias Cæsari egissét præter Vulcatiū. Is enim id eo loco negauit se factuꝝ fuisse ego rogatus mutaui consilium meum. Nam statueram nõ me hercle iertia sed desiderio pristinæ dignitatis inppetuū tacere.fregit hoc meū cõsilium & Cæsaris magnitudo animi & senatus officium. Itaque

pluribus uerbis egi Cæſari gratias meque metuo ne etiam in cæ/
teris rebus honeſto ocio priuarim quod erat unum ſolatiũ in ma
lis:ſed tamen quoniam effugi eius offenſionẽ qui fortaſſe arbitra
retur me hanc rempu.non putare ſi ꝑpetuo tacerem modice hoc
faciam aut etiam intra modum ut & illius uoluntati & meis ſtudi
is ſeruiam.Nam & ſi a prima ætate me & omnis ars & doctrina li
beralis & maxime philoſofia delectauit tamen hoc ſtudium quotti
die ingraueſcit credo & ætatis maturitate ad prudentiam & his tẽ
porum uitiis ut nulla res alia leuare animũ moleſtiis poſſit a quo
ſtudio te abduci negociis intelligo ex tuis litteris:ſed tamẽ iã aliqd
noctes te adiuuabunt.Seruius tuus uel potius nr̃ ſũma me obſer/
uãtia colit.cuius ego tum omni probitate ſũmaq; uirtute tũ ſtudi
is doctrinaq; delector.Is mecum ſæpe de tua manſione aut deceſſi
one comunicat.Adhuc in hac ſum ſententia nihil ut faciamus niſi
quod maxime Cæſar uelle uideatur.Res ſunt eiuſmodi ut ſi romæ
ſis nihil præter tuos delectare te poſſit.de reliquis nihil melius ip
ſo eſt.Cæſare cæteri & cætera eiuſmodi ut ſi alterutrum neceſſe ſit
audire ea mauis q̃ uidere.Hoc noſtrum conſilium nobis minime
iocundũ eſt qui te uidere cupimus:ſed conſulimus tibi.Vale

Ser.Sulpitius M.T.C.S.d.p.

Oſteaq̃ mihi renuntiatũ eſt de obitu Tulliæ filiæ tuæ ſane q̃
pro eo ac debui grauiter moleſteq; tuli.cõmunemq; eam ca
lamitatem exiſtimaui.qui ſi iſtic affuiſſem neque tibi defuiſſẽ co/
ramq; meum dolorem tibi declaraſſem & ſi genus hoc cõſolatiõis
miſeꝝ atque acerbum eſt proterea quia per quos ea fieri debent ꝓ
pinquos ac familiares ipſi pari moleſtia afficiuntur.neque ſine la
crimis multis id conari poſſunt ut magis ipſi uideantur alioꝝ con
ſolatione indigere q̃ aliis poſſe ſuum officium preſtare tamen que
in preſentia in mentẽ mihi uenerũt decreui breui ad te ꝑſcribere
non quo ea te fugere exiſtimem:ſed quod forſitã dolore inpeditus
minus ea perſpicias.Quid eſt quod tantoopere te cõmoueat tuus
dolor inteſtinus?cogita quemadmodũ adhuc fortuna nobiſcũ ege
rit?ea nobis erepta eſſe quæ hominibus non mĩus quam liberi ca
ra eſſe debẽt patriam honeſtatem dignitatem honores omnes.hoc
uno incõmodo addito quid ad dolorem adiungi potuit?aut qui nõ
illis rebus exercitatus animus callere iam debet:atque omnia mi/
noris exiſtimare.an illius uicẽ credo doles?quotiẽs ĩ eã cogitationẽ

necesse est & tu ueneris & nos sæpe incidimus hisce tēporibus nō pessime cum his esse actum quibus sine dolore licitum est mortem cum uita cōmutare.quid autem fuit quod illam hoc tempore ad uiuendum magnoopere inuitare posset.quæ res?quæspes?quod aī solatium?ut cum aliquo adolescente primario cōiuncta ætatem ge reret.licitum est tibi credo pro tua dignitate ex hac iuuentute ge/nerum deligere cuius fidei liberos tuos te tuto comittere putares an ut ea liberos ex sese pareret quos cum florentis uideret letare tur qui rem aparentē traditam per se tenere possent.honores ordi natim petituri essent.in repu.in amicoꝝ negociis liberalitate sua u terentur quid horū fuit quod non prius q̄ datum est ademptū sit At uero malū est liberos amittere nisi peius sit hæc sufferre & per peti.quæ res mihi non mediocrē consolationē attulit uolo tibi cō memorare si forte eadem res tibi minuere dolorem posset.Ex Asia rediens cum ab ægina Megaram uersus nauigarem.cœpi regiōes circum circa prospicere post me erat Aegina ante Megara dextra Pirreus sinistra Corinthus quæ oppida quodam tempore florentis sima fuerunt:nunc prostrata & dirruta ante oculos iacent.Cœpi egomet mecum sic cogitare En nos homunculi indignamur si qs nostrum interiit aut occisus est quoꝝ uita breuior esse debet cum uno loco tot opidoꝝ cadauera proiecta iacēt:uis ne tu te serui co hibere & meminisse hominem te esse natum crede mihi cogitatiōe ea non mediocriter sum confirmatus.Hoc idem si tibi uidetur fac ante oculos tibi proponas.modo uno tempore tot uiri clarissimi interierunt de imperio præterea tanta diminutio facta est.omnes prouītiæ cōquassatæ sunt ī unius mulierculæ āimula si iactura fac ta est tantoopere cōmoueris?quæ si hoc tempore non diem suum obiisset paucis post annis tamen ei moriendū fuit.quōiam homo nata fuerat:Etiam tu ab hisce rebus animum ad cogitationē tuā a uoca atque ea potius reminiscere quæ digna tua persona sunt:illā q̄ diu ei opus fuerat uixisse.una cum repu.fuisse te patrem suum prætorem cōsulem augere uidisse prope omnibus bonis ꝑfunctā esse cum respu.occideret uita excessisse.Quid est quod tu aut illa cum fortuna hoc nomine queri possitis.Denique noli te obliuisci Ciceronem esse et eum qui aliis consueueris præcipere & dare cō/silium:neque imitare malos medicos qui in alienis morbis ꝓfitēt̄ se tenere medicinæ scientiam ipsi se curare nō possunt:sed potius quæ aliis tute præcipere ea soles tute tibi subiice atque apud ani mum propone nullus dolor est quem non lōginqtas tēporis mīuat

ac molliat. Hoc te expectare tempus tibi turpe eſt ac nõ ei rei ſapientia tua te occurrere. quod ſi quis etiam inferis ſenſus eſt. qui illius amor in te fuit pietasq; in omnes ſuos: hoc certe illa te facere non uult. Da hoc illi mortuæ da cæteris amicis ac familiaribus q̃ tuo dolore mærent da patriæ ut ſi qua ĩ re opus ſit opera & cõſilio tuo uti poſſint. Deniq; quoniam in eam fortunam deuenimus ut etiam huic rei ſeruiendũ ſit noli cõmittere ut q̃ſquam te putet nõ tam filiam quam reipu. tempora & alioꝝ uictoriam lugere. Plura me ad te de hac re ſcribere pudet ne uidear prudentiæ tuæ diffidere quare ſi hoc unum propoſuero finem faciam ſcribẽdi. Vidimus aliquotiés ſecundã pulcherrime te ferre fortunã magnam que ex ea re te laudem adipiſci fac aliquãdo ĩtelligamus aduerſã quoque æque ferre poſſe neque id maius q̃ debeat tibi onus uideri. nec ex omnibus uirtutibus hæc una tibi uideatur deeſſe. quod ad me attinet cum te tranq̃liorem ãimo eſſe cognoro de his rebus quæ hic geruntur quẽadmodũ que ſe prouintia habeat certiorẽ faciam. Vale

M. T. C. Seruio Sulpitio S. d. p.

Go uero Serui uellem ut ſcribis ĩ meo grauiſſimo caſu affuiſſes. q̃tum enim preſens me adiuuare potueris & conſolãdo & prope æque dolendo facile ex eo ĩtelligo quod litteris tuis lectis aliq̃tum acquieui. Nam & ea ſcripſiſti quæ leuare luctum poſſent & in me conſolando ipſe non mediocrẽ animi dolorem adhibuiſti. Seruius tamen tuus omnibus officiis quæ illi tempori tribui potuerunt declarauit & q̃ti me faceret ipſe & q̃ ſuum talem erga me animum tibi gratum putaret fore cuius officia iocundiora ſcilicet ſæpe mihi fuerunt nunq̃ tamen mihi gratiora: me autem non orõ tua ſolum & ſocietas pene ægritudinis: ſed etiam auctoritas cõſolatur. Turpe enim eſſe exiſtimo me non ita ferre caſum meum ut tu tali ſapientia præditus ferendum putas. Sed opprimor interdũ & uix reſiſto dolori quod ea me ſolatia deficiunt quæ cæteris quorũ mihi exempla præpono ſimili in fortuna non defuerunt. Nã q. maximus qui filium conſularẽ clarum uirum magnis rebus geſtis amiſit & L. Paulus qui duos ſeptem diebus & nr̃ galus & M. Cato qui ſũmo ĩgenio ſũma uirtute filium pdidit. His temporibus fuerunt ut eos tum ipſoꝝ dignitas conſolaretur ea quam ex repu. cõſequebãtur mihi autem amiſſis ornamentis his quæ ipſe cõmemoras quæq; eram maximis laboribus adeptus Vnum illud manebat

solatium quod ereptum est non amicoꝝ negociis non reipu. ꝓcura
tiõe ĩpediebãt᷑ cogitatiões meæ nihil in foro agere libebat aspicere
curiã nõ poteram existimabam id quod erat omnes me & ĩdustriæ
meæ fructus & fortunæ pdidisse. Sed cum cogitarem hæc mihi te
cum & cum quibusdã esse comunia & cum frãgerẽ iam ipse me co
gerem illa ferre tolleranter habebam quo confugerẽ ubi cõqescerẽ
cuius in sermone & suauitate omnes curas doloresq; deponerem.
Nunc autẽ accepto hoc tam graui uulnere etiam illa quæ cõsenu
isse uidebantur recrudescunt. Non enim ut tum me a repu. mæstũ
domus excipiebat quæ leuaret me sic nunc domo mærẽs ad rẽpu.
confugere possum in eius bonis acqescam. Itaque & domo absum
& foro quod nec eum dolorem quem a repu. capio domus iam cõ
solari potest nec domesticũ respu. quo magis te expecto teq; uide/
re q̃primũ cupio. maior mihi ratio afferri nulla potest q̃ cõiũctio
consuetudinis sermonũq; nostroꝝ quamq̃ spabam tuum aduentũ
sic enim audiebam appropiquare. ego autem multis decausis te ex
opto q̃primũ uidere. tum etiam ut ante comentemur ĩter nos qua
ratione nobis traducendũ sit hoc tempus quod est totum ad unius
uoluntatem accõmodatũ & prudentis & liberalis & ut pspexisse ui
deor nec a me alieni & tibi amicissimi quod cum ita sit magnæ ta/
men est deliberationis quæ ratio sit ineũda nobis nõ agendi aliqd
sed illius concessu & benifitio cõqescendi. Vale

M. T. C. M. Marcel. S. d. p.

T si eo te adhuc consilio usum intelligo ut id repræhendere
non audeam non quin ab eo ipse dissentiam: sed quod ea te
sapientia esse iudicem ut meum consilium non anteponã tuo tamẽ
& amicitiæ nr̃æ uetustas & tua sũma erga me bẽiuolẽtia quæ mihi
iam a pueritia cognita est me hortata ẽ ut ea scriberem ad te quæ
& saluti tuæ conducere arbitrarer. & non aliena esse ducerem a di/
gnitate ego eum te esse qui hoꝝ maloꝝ initia multo ante uideris q
consulatũ magnificẽtissime atq; optime gesseris præclare memini
sed idem etiam illa uidi neque te consilium ciuilis belli ita gerẽdi
neque copias Gne. Pompei nec genus exercitus probare sempque
sũme diffidere qua ĩ sẽtẽtia me quoq; fuisse mẽoria tenere te arbi
tror. Itaq; neq; tu multũ ĩterfuisti rebus gerendis & ego id sẽp e/
gi ne interessẽ: nõ enĩ his rebus pugnabamus quibus ualere pote
ramus consilio auctoritate causa quæ erant ĩ nobis supiora: sed la

certis & uiribus quibus pares non eramus. Victi sumus igit᷑ aut si uinci dignitas non potest fracti certe & abiecti in quo tuum cõsilium nemo potest non maxime laudare quod cum spe uincendi simul abiecisti certandi etiam cupiditatem ostendistiq; sapientem & bonum ciuem initia belli ciuilis inuitũ suscipere extrema non libenter perseq. Qui non id cõsilium quod tu secuti sunt eos uideo in duo genera esse distinctos aut enim renouare bellum conati sũt Hiq; se ĩ Aphricam cõtulerunt aut quẽadmodũ nos se uictos esse crediderũt: medium quoddam cõsilium tuum fuit qui hoc fortasse humilis animi duceres illud ptinacis fateor a plerisque uel dicã ab omnibus sapiens consilium tuum a multis etiam magni ac fortis animi iudicatum. Sed habet ista ratio ut mihi quidem uidetur quẽdam modum præsertim cum tibi nihil deesse arbitrer ad tuas fortunas omnes obtinẽdas præter uoluntatẽ: sic enim ĩtellexi nihil aliud esse quod dubitationem afferret ei penes quem est potestas nisi quod uereretur ne tu illud beneficium omnino nõ putares de quo quid sentiam nihil attinet dicere cũ appareat ipse quid fecerĩ sed tamen si iam ita cõstituisses ut abesse ppetuo malles q̃ ea quæ nolles uidere tamen id cogitare deberes ubicumque esses te fore in eius ipsius quem fugeres potestate qui si facile passurus esset te carentem patria & fortunis tuis quiete & libere uiuere cogitandum tibi tamẽ esset romæne & domi tuæ cuiusmodi res esset an Mithilẽis aut rhodi malles uiuere. Sed cum ita late pateat eius potestas quem ueremur ut terraꝝ orbem complexa sit non ne mauis sine periculo tuæ domi esse quam cum piculo alienæ? equidem etiam si oppetenda mors esset domi atque in patria mallem q̃ in externis atque alienis locis hoc idem omnes qui te diligunt sentiunt quoꝝ est magna ꝓ tuis maximis clarissimisq; uirtutibus multitudo. habemus etiam rationem rei familiaris tuæ quam dissipari nolumus Nam & si nullam potest accipere iniuriam quæ futura perpetua sit proterea ꝙ neq; is qui tenet rempu. patiet᷑ neq; ipsa respu. tamen impetum prædonũ in tuas fortunas fieri nolo hi autem qui essent auderem scribere nisi te intelligere confiderẽ. Hic te unius sollicitudĩes unius etiam & multæ & assiduæ lacrimæ. C. Marcelli fratris optimi depræcant᷑. nos cura & dolore proximi sumus præcibus tardiores ꝙ ius adeũdi cum ipsi deprecatiõe eguerimus nõ habemus gratia tantum possumus q̃tum uicti: sed tamen consilio studio Marcello non desumus a tuis reliquis non adhibemur ad omnia parati sumus. Vale

M. T. C. M. Marcel. S. d. p.

Eq; monere te audeo præstanti prudentia uiꝝ: nec cōfirmare maximi animi hominē uirūq; fortissimū cōsolari uero nullo modo. Nam si ea quæ acciderūt ita fers ut audio gratulari magis uirtuti debeo quā cōsolari dolorem tuum: sin te tanta mala reipu. frangunt non ita habundo ingenio ut te consoler cum ipse me nō possim. Reliquū est igitur ut tibi me in omni re eum prebeam pre stemq; ut ad omnia quæ tui uelint ita adsim præsto ut me non so/ lum omnia debere tua causa: sed ea quoq; etiam quæ nō possim pu tent. Illud tamen uel tu me monuisse uel censuisse puta uel propter beniuolentiā tacere nō potuisse ut quod ego facio tu quoq; animū inducas: si sit aliqua respu. in ea re esse oportere iudicio hominū. teq; principem necessitate cedentē tempori: sin autē nulla sit hunc tamen aptissimū esse etiam ad exulandū locum. si enim libertatem seqmur qui locus hoc dominatu uacat? sin qualēcūq; locum qui ē domestica sede iocūdior? sed mihi crede etiam is qui omnia tenet fauet ingeniis: nobilitatem uero & dignitates hominū q̄tum ei res & ipsius causa concedit amplectitur. sed tamen plura q̄ statueram redeo ergo ad unum illud me tuum esse fore cum tuis si modo e/ runt tui. si minus me certe ī omnibus rebus satis nostræ cōiuncti oni amoriq; facturum. Vale

M. T. C. M. Marcel. S. d. p.

T si ꝑpaucis ante diebus dederā q. Mutio litteras ad te pluri bus uerbis scriptas qbus declarauerā quo te animo censerē esse oportere & quid tibi faciendū putarem tamen cum Theophi lus libertus tuus ꝓficisceret̃ cuius ego fidem erga te bēiuolētiāq; ꝑspexerā sine meis litteris eum ad te uenire uolui. Hisdem igitur de rebus etiam atque etiam hortor quibus supioribus litteris hor tatus sum ut ī ea repu. quæcūq; est q̄primū uelis esse. multa uide bis fortasse quæ nolis non plura tamen q̄ audis quottidie. Non est porro tuum uno sensu solum oculoꝝ moueri: cum illud idem auri bus pcipias quod etiam mauis uideri solet: minus laborare. At ti bi ipsi dicendū erit aliqd quod non sentias aut faciendū quod nō probes primum tempori cedere idest necessitati parere semp est sa pientis habitum deinde non habet ut nunc qdem est id uitii res di cere fortasse quæ sentias nō licet tacere plane licet. omnia enim ad

unum delata sunt. Is utitur cõsilio ne suoꝝ qdem sed suo quod nõ multo secus fieret si is rẽpu. teneret quem secuti sumus. an? qui ĩ bello cum omniũ nostrum coniũctũ esset piculum suo & certoꝝ ho minum minime prudentiũ suo cõsilio uteretur cum magis cõem censemus in uictoria futuꝝ fuisse q̃ cæteris in rebus fuisset? & qui nec te consule tuum sapientissimũ consiliũ secutus esset nec fratre tuo consulatũ ex auctoritate tua gerente uobis auctoribus uti uo/ luerit. Nunc omnia tenentem nostras sententias desideratuꝝ cẽses fuisse? omnia sũt misera ĩ ciuilibus bellis. quæ maiores nostri ne se mel qdẽ: nostra ætas sæpe iam sensit. sed miserius nihil q̃ ipsa uic/ toria. quæ etiam si ad meliores uenit. tamen eos ipsos ferociores ĩ potẽtioresq; reddit ut etiam si natura tales nõ sint necessitate esse cogantur. Multa enim uictori eoꝝ arbitrio per quos uicit etiam ĩ/ uito facienda sunt. An tu non uidebas mecũ simul q̃ illa crudelis esset futura uictoria igitur tunc quoq; careres prĩa ne quæ nolles uideres non inqes. ego enim ipse tenerem opes & dignitatẽ meam at erat tuæ uirtutis in minimis tuas res ponere de repu. uehemen tius laborare. deniq; qui finis istius consilii est? Nam adhuc & fac tum tuum probat̃ & ut in tali re etiam fortuna laudatur. factum q̧ et initium belli necessario secutus sis & extrema sapienter pseq nolueris: fortuna q̧ honesto ocio tenueris & statũ & famam digni tatis tuæ. Nunc uero nec locus tibi ullus dulcior esse debet patria nec eam diligere minus debes q̧ deformior est sed misereri potius nec eam multis claris uiris orbatã priuare etiam aspectu tuo. De/ nique si fuit magni animi non esse supplicem uictori uide ne sup bi sit aspnari eiusdem liberalitatẽ. et sapientis est carere patria du ri non desiderare. & si repu. nõ possis frui stultũ est nolle priuata. Caput illud est ut si ista uita tibi cõmodior esse uideat̃ cogitandũ tamen sit ne tutior non sit magna est gladioꝝ licentia: sed in extre mis locis minor & ad facinus uerecũdia. mihi salus tua tãtæ curæ est ut Marcello fratri aut par aut certe pximus sim. Tuum est cõ sulere temporibus & ĩcolumitati & uitæ & fortunis tuis. Vale

M. T. C. M. Marcel. S. d. p.

T si nihil noui quod ad te scriberem habebã magisq; litteras tuas iam expectare incipiebã uel te potius ipsum tamen cũ Theophilus pficisceret̃ non potui nihil ei lr̃aꝝ dare. Cura igit̃ ut q̃primũ uenias uẽies enim mihi crede expectatus neq; solũ nobis

ideſt tuis:ſed ꝓrſus omnibus. Venit enim mihi in mentem ſubue reri interdum ne te delectet tarda deceſſio:ꝙ ſi nullum haberes ſē ſum niſi oculoꝝ ꝓrſus tibi ignoſcerē ſi quoſdam nolles uidere:ſed cum multo leuiora non eſſent quæ audirent̃ q̃ quæ uiderent̃ ſuſpi carer autē multum intereſſe rei familiaris tuæ te q̃primū uenire atq; in omnes ptes ualere putaui ea de re te eſſe admonēdū:ſed qu oniam mihi quod placet oſtendi. Reliqua tu pro tua prudentia cō ſiderabis. me tamen uelim quod ad tempus te expectemus certio/ rem facias. Vale

M. Marcel. M. Tull. C. S. d. p.

Lurimū ualuiſſe apud me tuam ſemp auctoritatē cum in oī rē tum ī hoc maxime negocio potes exiſtimare. cum mihi C. Marcellus frater amātiſſimus mei non ſolum conſilium daret:ſed præcibus quoq; me obſecraret non prius mihi pſuadere potuit q̃ tuis eſt effectū litteris ut uterer ueſtro potiſſimū cōſilio. Res quē/ admodū ſit acta ueſtræ litteræ mihi declarāt:gratulatio tua & ſi ē mihi probatiſſima ꝙ ab optimo fit animo tamen hoc mihi multo iocūdius eſt & gratius ꝙ in ſūma paucitate amicoꝝ ꝓpinquoꝝ ac neceſſarioꝝ qui uere meæ ſaluti fauerēt te cupidiſſimū mei ſingu laremq; mihi bēiuolentiā præſtitiſſe cognoui. Reliqua ſūt eiuſmo/ di. quibus ego quoniā hæc erant tempora facile & æquo animo ca rebam. Hoc uero eiuſmodi eſſe ſtatuo. ut ſine talium uiroꝝ & ami coꝝ beniuolentia neque in aduerſa neque in ſecunda fortuna qſq̃ uiuere poſſet. Itaq; in hoc ego mihi gratulor tu uero ut intelligas homini amiciſſimo te tribuiſſe officium re tibi præſtabo. Vale

Ser. Sulp. M. Tul. C. S. d. p.

T ſi ſcio me non iocundiſſimū nūtium uobis allatuꝝ tamen quoniā caſus & natura in bonis dominat̃ uiſum eſt facien/ dū quoquo modo res ſe haberet uos certiores facere. Ad x kl. iunii cum ab Epidauro pirreum naui aduectus eſſem ibi Marcellū colle gam noſtrum cōueni eūque diem ibi cōſumpſi ut cū eo eſſē. poſte ro die cum ab eo digreſſus eſſem eo conſilio ut Athenis in Boetiā irem reliquāq; iuriſdictionē abſoluerem. Ille uti aiebat ſupra ma ias italiam uerſus nauigaturus erat. Poſtridie eius diei cū ab Athe nis proficiſci in animo haberem circiter horam decimam noctis Poſtumius familiaris eius ad me uenit & mihi nuntiauit M. mar/

cellum collegam nr̃m post cenæ tempus a.P.magio cilone fãiliari eius pugione ꝑcussum esse.& duo uulnera accepisse unum in sto/macho alteꝝ in capite secundũ aurem.sperare tamen se eum uiue re posse.Magium se ipsum interfecisse.postea a Marcello se ad me missum esse qui hæc nũciaret & rogaret uti medicos cogerẽ Coegi & e uestigio eo sum profectus prima luce cum non lõge a Pirreo abessem puer accidini obuiam mihi uenit cum Codicilis in qbus erat scriptũ paulo ante lucem Marcellũ diem suum obiisse.Ita uir clarissimus ab homine deterrimo accerbissima morte est affectus & cui inimici propter dignitatẽ pepcerant.Inuentus est amicus q mortem afferret.Ego tamẽ ad tabernaculũ eius ꝑrexi.Inueni duos libertos & pauculos seruos reliquos aiebant profugisse metu per/territos quod dominus eoꝝ ante tabernaculũ ĩterfectus esset.coac tus sum in eadem illa lectica qua ipse delatus eram meisq; lectica riis in urbem eum referre.ibiq; pro ea copia quæ Athenis erat fu nus ei satis amplum faciendũ curaui.Ab atheniẽsibus locũ sepul/turæ intra urbem ut darent impetrare non potui ꝙ religione se impediri dicerent.Neq; tamen id antea cuiq̃ cõcesserãt.quod ꝓxi mum fuit uti in quo uellemus Gymnasio eum sepeliremus nobis ꝑmiserũt nos in nobilissimo orbis terræ Gymnasio Achademiæ lo cum delegimus.ibiq; eum conbusimus.Posteaq; curauimus ut ei dem atheniẽses in eo loco mõumentũ marmoreũ faciendũ locarẽt. Itaque nostra officia fuerũt pro collegio & ꝓpinquitate & uiuo & mortuo oĩa ei præstitĩus.Vale

M . C . P. Figulo S.d.p

Værenti mihi iam diu quid ad te potissimũ scriberem non modo certa res nulla:sed ne genus quidem litteraꝝ usitatum ueniebat in mentem.Vnam enim partem & consuetudinẽ earum epistolaꝝ quibus secundis rebus uti solebamus tempus eripuerat ꝑfeceratq; fortuna ne quid tale scribere possem aut õnino cogita/re.Relinquebat̃ triste quoddam & miseꝝ & his temporibus cõsen taneum genus litteraꝝ.id quoq; deficiebat me in quo debebat esse aut promissio auxilii alicuius aut consolatio doloris tui quid polli cerer non erat.ipse enim pari fortuna abiectis alioꝝ opibus casus meos sustentabã sepiusq; mihi ueniebat ĩ mentem queri ꝙ ita ui uerem q̃ gaudere ꝙ uiuerẽ.Quamq̃ enim nulla me ipsum priuatĩ pepulit insignis iniuria nec mihi quidq̃ tali tempore in mentem uẽit optare quod nõ ultro mihi Cæsar detulerit tamẽ nichilomĩus

eis conficior curis ut:ipsum q maneam in uita peccare me existi
mem. Careo enim cum familiarissimis multis:quos aut mors eri/
puit nobis:aut distraxit fuga.tum oibus amicis quoꝝ beniuolētiā
nobis conciliarat Per me quondā te socio defensa respu. Versorq;
in eoꝝ naufragiis & bonoꝝ direptionibus:nec audio solum q ipsū
esset miseꝝ.sed etiam uideo:quo nihil est acerbius:eoꝝ fortūas dis
sipari.quibus adiutoribus illud incendium extinximus.& in qua
urbe modo gratia auctoritate gloria floruimus in ea nunc his qui
dem oibus caremus. Obtinemus ipsius Cæsaris sūmam erga nos
humanitatē.sed ea plus non potest q̄uis & mutatio omniū rerum
atq; tempoꝝ. Itaq; orbis his rebus omnibus qbus & natura me &
uoluntas & consuetudo assuefecerat cum omnibus.ut qdem uide/
or:tum ipse mihi displiceo.natus enim ad agēdum semp aliqd di
gnum uiro. Nunc non modo agendi rationem nullam habeo sed
ne cogitandi qdem. Et qui antea aut obscuris hoibus aut etiā son
tibus opitulari poteram nunc.p Nigidio uni omniū doctissimo &
sanctissimo & maxima quondā gratia & mihi certe amicissimo ne
bēigne qdem polliceri possum ergo hoc ereptum ē litteraꝝ genus
Reliquū est ut consoler & afferam rōens qbus te a molestiis coner
abducere. At ea quidē facultas uel tui uel alterius cōsolandi in te
sūma est si unq̄ in ullo fuit Itaq; eam partem quæ ab exqsita qua/
dam ratione & doctrina proficiscit̃ non attingam tibi totam relī
quam. Quid sit forti & sapienti hoīe dignum quid grauitas qd
altitudo animi:quid acta tua uita.quid studia quid artes qbus a
pueritia floruisti a te flagitent tu uidebis. Ego quod intelligere &
sentire quia sum Romæ & quia curo attēdoq; possum id tibi affir
mo te in istis molestiis ī quibus es hoc tempore nō diutius futuꝝ
In his autem in qbus etiam nos sumus fortasse non semp fore ui
deor mihi pspicere. Primū ipsius animū qui plurimū potest ꝓpē/
sum ad salutem tuam. Non scribo hoc temere.quominus fāiliaris
sum. Hoc sum ad īuestigādū curiosior quo facilius qbus ē iratior
respondere tristius possit hoc est adhuc tardior ad te molestia libe
randum:familiares uero eius & id quidē qui illi iocōdissimi sunt
mirabiliter de te & loquunt̃ & sentiunt. Accedit eodem uulgi uolū
tas uel potius cōsensus omniū etiam illa quæ minimū nunc qdem
potest:sed possit necesse est respu.quascūq; uires habebit ab his ip
sis quibus tenetur de te propediem mihi crede impetrabit. Redeo
igitur ad id ut iam tibi etiam pollicear aliquid q primo omiserā
Nam & complectar eius familiarissimos qui me admodū diligūt

multũq; mecum sunt & in ipsius consuetudinẽ quam adhuc meus pudor mihi clausit insinuabo & certe omnis uias psequar quibus putabo ad id quod uolumus peruenire posse. In hoc toto genere plura faciam q̃ scribere audeo. Cætera quæ tibi a multis prompta esse certe scio a me sunt paratissima. Nihil in re familiari mea est q ego meum malim esse q̃ tuum. Hac de re & hoc de genere toto scribo partius q te id quod ipse confido sperare malo te esse usurum tuis. Extremũ illud est: ut te horter & obsecrem animo ut maximo sis. Nec ea solum memineris quæ ab aliis magnis uiris accepisti sed illa etiam quæ ipse igenio studioq; peperisti. quæ si colliges & sperabis oĩa optime & quæ accident qualiacũq; erunt sapienter feres Sed hæc tu melius uel optime omniũ. Ego quæ ptinere ad te intelligam studiosissime omnia diligẽtissimeq; curabo. Tuo⁊ que tristissimo meo tempore merito⁊ erga me memoriã conseruabo. Vale

M. C. Gn. Plancio S. d. p.

Inas a te accepi lr̃as Corcyræ datas qua⁊ alteris mihi gratulabare quod audisses me meam pristĩam dignitatẽ obtinere. Alteris dicebas te uelle quæ egissem bene & feliciter euẽire. Ego autem si dignitas est bene de repu. sentire & bonis uiris pbare quod sentias obtineo dignitatẽ meam. Sin aut̃ in eo dignitas est q sẽtias aut re efficere posse aut denique libera or̃one defendere ne uestigiũ quidem ullum est reliquũ nobis dignitatis. agit̃q; præclare si nosmet ipsos regere possumus ut ea quæ partim iam adsunt partim impendẽt moderate feramus: quod est difficile ĩ eiusmodi bello cuius exitus ex altera parte cædem ostentat ex altera seruitutẽ. quo ĩ piculo non nihil me consolat̃ cum recordor Hæc me tum uidisse cum secũdas etiam res nostras non modo aduersas ptimescebã Videbamq; q̃to piculo de iure publico disceptaret̃ armis: qbus si hi uicissent ad quos ego pacis spe non belli cupiditate adductus accesseram tamen intelligebã & irato⁊ boĩum & cupido⁊ & insolentiũ q̃ crudelis esset futura uictoria. Sin autem uicti essent quantus interitus esset futurus ciuium partim amplissimo⁊ partim et̃ optimo⁊ Qui me hæc prædicentẽ atq; optime cõsulentẽ saluti suæ malebant nimiũ timidum q̃ satis prudentẽ existimari. Quod aut̃ mihi de eo quod egerim gratularis te ita uelle certe scio. Sed ego tã misero tempore nihil noui consilii cepissem. nisi in reditu meo nihilo meliores res domesticas q̃ rẽpu. offendissẽ. Quibus enim pro

īmortalibus beneficiis carissima mea salus & meæ fortunæ esse de/
bebant cum proter eoꝝ scelus nihil mihi intra meos parietes tutū
nihil īsidiis uacuū uiderem. Nouaꝝ me necessitudinū fidelitate cō
tra ueteꝝ pfidiam muniendū putaui. Sed de nostris rebus satis uel
etiam nimium Multa de tuis uelim ut eo sis animo quo debes esse
idest ut nequid tibi præcipue timendū putes. Si enim status erit a
liquis ciuitatis: quicūq; erit te omniū piculoꝝ uideo expertē fore.
Nam alteros tibi iam placatos esse intelligo Alteros nunq̄ iratos
fuisse. De mea autem in te uoluntate sic uelim iudices. me qbuscū/
que rebus opus esse intelligā quāq̄ uideam quis sim hoc tēpore &
quid possim opera tamen & consilio studio quidē certe rei famæ sa
luti tuæ præsto futurum. Tu uelim & quid agas & quid acturum
te putes facias me q̄diligentissime certiorem. Vale

M. C. Gn. Plancio S. d. p.

Ccepi pbreuis tuas litteras qbus id quod scire cupiebam co
gnoscere non potui. Cognoui autem id quod mihi dubiū nō
fuit. Nam q̄ fortiter feras cōmunes miserias non intellexi q̄ me a
mares facile pspexi. sed hoc scierā. Illud si scissem ad id meas lr̄as
accōmodassē. Sed tamen &si antea scripsi quæ existimaui scribi o
portere tamen hoc tempore breuiter cōmonendū putaui: ne quo
piculo te proprio existimares esse. In magno omnes: sed tamen in
cōmuni sumus. Quare non debes aut propriā fortunā aut præci/
puam postulare aut cōmunē recusare. Quapter eo animo simus
īter nos quo semp fuimus. Quod de te sperare de me præstare possū
Vale

M. T. CICERONIS EPISTOLARVM LIBER QVINTVS

QVINTVS METELLVS QVINTVS FILIVS CELER PRO CONSVL SALV. D. M. T. CICERONI

I VALES BENE EST EXISTIMARAM pro
mutuo inter nos animo & pro recōciliata gratia
nec absentem ludibrio læsum iri nec Metellū fra
trem ob dictum capite ac fortūis p te oppugna
tum iri. Quem si parum pudor ipsius defēdebat
debebat uel familiæ nr̄æ dignitas uel meum studi

um erga uos rẽq; pu. satis subleuare. nũc uideo illum circunuẽtum me desertum a quibus minime conueniebat. Itaq; in luctu & squa lore sum qui prouinciæ qui exercitui præsum qui bellũ gero. quæ quoniam nec ratione nec maioꝝ nostroꝝ clementia administratis non erit mirandũ si uos pœnitebit. Etiam mobili in me meosq; esse aĩo nõ sperabã. Me ĩterea nec dõesticus dolor nec cuiusq̃ ĩiuria ab repu. abducet. Vale

M. T. M. filius Cice. q. Metel. q. f. celeri ꝓcon. S. d. p.

I tu exercitusq; ualetis bene est. Scribis ad me te existimasse pro mutuo inter nos animo & pro reconciliata gratia nunq̃ te a me ludibrio læsum iri ꝙ cuiusmodi sit satis ĩtelligere non pos/ sum. Sed tamẽ suspicor ad te esse allatum me in senatu cum dispu tarem ꝑmultos esse qui rẽpu. a me conseruatã dolerent dixisse a te propinquos tuos quibus negare nõ potuisses impetrasse ut ea quæ statuisses tibi in senatu de mea laude esse dicẽda reticeres quod cũ dicerem illud adiunxi. mihi tecum ita dispartitũ officium fuisse in reipu. salute retinenda ut ego urbem a domesticis insidiis & ab in testino scelere. Tu italiam & ab armatis hostibus & ab occulta con iuratione defẽderes atq; hanc nostram tanti & tam præclari mũe/ ris societatem a tuis ꝓpinquis labefactatã. qui cum tu a me rebus amplissimis atq; honorificẽtissimis ornatus esses timuissẽt ne qua mihi pars abs te uolũtatis mutuæ tribuereť. Hoc in sermone cum a me exponeretur quæ mea expectatio fuisset orõnis tuæ quantoq; mœrore uersatus essem uisa est oratio non iniocũda & mediocris quidam est risus cõsecutus nõ ĩ te sed magis ĩmœrorẽ meum & ꝙ me abs te cupiisse laudari aperte atq; ingenue cõfitebar. Iam hoc non potest in te non honorifice esse dictum me i clarissimis meis atque amplissimis rebus tamen aliquod testimoniũ tuæ uocis ha/ bere uoluisse. Quod autẽ ita scribis ꝑ mutuo ĩter nos ãimo qd tu in amicicia existimes esse mutuũ nescio. Equidẽ hoc arbitror cum par uolũtas accipitur & redditur. Ego si dicam me tua causa præ/ termisisse ꝓuinciã tibi ipse leuior uidear esse. Meæ enim rationes ita tulerunt atq; eius mei consilii maiorẽ in dies singulos fructum uoluptatẽq; capio. Illud dico me ut primum in concione prouĩciã deposuerim statim queẽadmodũ eam tibi traderẽ cogitare cœpisse. nihil dico de Sortione uestra. Tantum te suspicari uolo Nihil in ea re per collegam meum me insciente esse factũ. Recordare cætera q̃ cito Senatum illo die facta sortione coegerim: q̃ multa de te uerba

fecerim cum tu ipse mihi dixisti orationē meam nō solum ī te ho/norificā: sed etiam in collegas tuos contumeliosā fuisse. Iam illud Senatusconsultū ꝙ eo die factum est ea præscriptione est ut dū id extabit officiū meum in te obscurū esse non possit. Postea uero q̄ ꝓfectus es uelim recordere quæ ego de te in senatu egerim quæ ī cōcionibus dixerim quas ad te litteras miserim. Quæ cum oīa colle/geris tu ipse uelim iudices satis ne uideatur his omnibus rebus tuus aduentus cum proxime Romā uenisti mutue respōdisse. Quod scribis de recōciliata nostra gratia non intelligo cur recōciliatā ēē dicas quæ nunq̄ iminuta est. Quod scribis non oportuisse Metellū fratrem tuum ob dictum a me oppugnari Primum hoc uelim exi/stimes animū mihi istum tuum uehemēter probari & fraternā plenam hūanitatis & pietatis uoluntaté. Deinde si qua ego ī re fratri tuo reipu. causa restiterim ut mihi ignoscas. Tam enim sum āicus reipu. q̄ qui maxime. Si uero meam salutem contra illius impetū ī me crudelissimū defēderim satis habeas nihil me etiam tecum de tui fratris īiuria cōqueri quem ego cum cōpissem omné sui tribunatus conatū in meam ꝑnitiem parare atq; meditari egi cum claudia uxore tua & cum uestra sorore mutia cuius erga me studiū ꝑ Gn. Pompeii necessitudine multis in rebus ꝑspexerā ut eum ab ea iniuria deterrerent. atq; ille ꝙ te audisse credo pr̄. kl. ian. Qua in/iuria nemo unq̄ in aliquo magistratu imꝓbissimus cuius affectus est ea me consulem affecit cum rempu. cōseruassē atq; abeunté magistratu contionis habendæ potestate priuauit. cuius iniuria mihi tamen honori sūmo fuit. Nam cum ille mihi nihil nisi ut iurarem ꝑmiteret magna uoce iuraui uerissimū pulcherrimūq; iusiurandū ꝙ populus idem magna uoce me uere iurasse iurauit. Hac accepta tam insigni iniuria tamen illo ipso die misi ad Metellū cōmunes amicos qui agerent cum eo ut de illa mente desisteret qbus ille res/pondit sibi non esse integrū & enim paulo ante in concione dixerat ei qui in alios aīaduertisset in dicta causa dicendi ipsi potestatem fieri non oportere hominé grauem & ciuem egregiū qui qua pœ/na senatus consensu bonoꝝ omniū eos affecerat qui urbem incéde re & magistratus ac Senatum trucidare bellum maximū conflare uoluissent eadem dignum iudicaret eum qui curiam cæde urbem incendiis Italiam bello liberasset. Itaq; ego Metello fratri tuo præsé ti restiti. Nam in senatu kl. ianu. sic cum eo de repu. disputaui ut sentiret sibi cum uiro forti & cōstanti esse pugnādum. Ad iii. non. ianuarii cum agere cœpisset tertio quoq; uerbo orationi suæ me

appellabat mihi minabat̃ neq; illi quidq̃ deliberatius fuit quã me quacũq; ratione posset non iudicio neq; disceptatiõe: sed ui atq; impressione euertere. Huius ego temeritati si uirtute atq; animo nõ restitissem quis esset qui me in consulatu non casu potius existimaret q̃ consilio fortem fuisse? Hæc si tu Metellũ cogitare de me nesci sti debes existimare te maximis de rebus a fratre esse celatum. Sin autem aliquid impertiuit tibi sui consilii leuis a te & facilis existiari debeo qui nihil tecũ de his ipsis rebus expostulem. Et si itelligis nõ me dicto Metelli ut scribis sed consilio eius animoq; in me inimicissimo esse cõmotũ Cognosce nunc humãitatẽ meam si humãitas appellanda est in acerbissima iniuria remissio animi ac dissolutio. Nulla est a me unq̃ sententia dicta in fratrem tuum quotiẽscũq; aliquid est actum sedens his assensi q mihi leuissime sentire uisi sũt Addam illud etiam ꝙ iam ego curare non debui sed tamẽ fieri nõ moleste tuli Atq; etiam ut ita fieret pro mea parte adiuui ut senatus consulto meus inimicus quia tuus frater erat subleuaret̃. quare non ego oppugnaui fratrem tuum sed fratri tuo repugnaui nec in te ut scribis animo fui mobili sed ita stabili ut ĩ mea erga te uoluntate etiam desertus ab officiis tuis ꝑmanerẽ. Atq; hoc ipso tempore tibi pene minitanti nobis per lr̃as hoc scribo atq; respondeo. Ego dolori tuo non solum ignosco sed sũmam etiam laudẽ tribuo Meus enim me sensus quanta uis fraterni sit amoris admonet. A te peto ut tu quoq; æquũ te iudicem dolori meo prebeas. si acerbe si crudeliter si sine causa sum a tuis oppugnatus ut statuas mihi non modo cædẽdũ: sed etiam tuo atq; exercitus tui auxilio ĩeiusmodi causa tuendũ fuisse. Ego te amicum mihi semꝑ esse uolui me ut tibi amicissimũ esse intelligeres laboraui. maneo ĩ uolũtate & quoad uoles tu ꝑmanebo. Citiusq; amore tui fratrem tuum odisse desinam q̃ illius odio quidq̃ de nostra beniuolentia detraham. Vale

Quintus Metel. Nepos. M. Cicero. S.d.p.

Ominis ĩportunissimi cõtumeliæ qbus crebris cõciõibus me onerat tuis erga me officiis leniunt̃. & ut sunt leues eiusmodi hoĩes a me despiciunt̃. libẽterq; cõmutata ꝑsona te mihi fratris loco esse duco. De illo ne meminisse quidẽ uolo tam&si his eum inuitũ seruaui de meis rebus ne uobis multitudĩe litteraꝝ molestior essẽ Ad Loliũ ꝑscripsi de ratiõibus prouinciæ quid uellẽ fieri ut is uos doceret & commonefaceret. Si poteris uelim pristinam tuam

erga me uolũtatẽ cõserues. Vale

M. T. Cicero q. Metel. consu. S. d. p.

Ittere Quinti fratris & T. Pomponii necessarii mei tantum spei dederant ut in te non minus auxilii q̃ in tuo collega mihi cõstitutũ fuerit. Itaque ad te litteras statim misi p quas ut fortuna postulabat & gratias tibi egi & de reliquo tempore auxilium petii. Postea mihi non tam meoꝝ lr̃æ q̃ sermones eoꝝ qui hac iter faciebant animũ tuum ĩmutatũ significabant: quæ res fecit ut tibi litteris obstrepere nõ auderem. Nunc mihi q. frater meus mitissimam tuam orõnẽ quam in senatũ habuisses pscripsit. qua inductus ad te scribere sum conatus & abs te quantũ tua fert uoluntas peto quæsoque ut tuos mecum serues potius q̃ proter arrogantẽ crudelitatẽ tuoꝝ me oppugnes. Tu tuas inimicicias ut reipu. donares te uicisti. alienas ut contra remp. cõfirmes adduceris: Quod si mihi tua clemẽtia opem tuleris omnibus ĩ rebus me fore ĩ tua potestate tibi confirmo. Si mihi neque magistratus neque Senatũ neque populũ auxiliari proter eã uim quæ me cũ repu. uicit licuerit. Vide ne cũ uelis reuocare tẽpus oĩum reseruãdoꝝ. cũ q seruet non erit nõ possis. Vale

M. Cice. C. Antonio M. Fi. Imp. S. d. p.

Tsi statuerã nullas ad te lr̃as mittere nisi comẽdaticias non quo eas satis intelligerẽ apud te ualere: sed ne his qui me rogarent aliqd de nostra coniunctione imminutũ esse ostenderem. Tamen cum T. pompeius homo õniũ meoꝝ in te studiorũ & officioꝝ maxime consius tui cupidus nostri amãtissimus ad te pficisceretur aliquid tibi scribẽdum putaui præserti cũ aliter ipsi põponio satisfacere non posse. Ego si abs te summa officia desiderẽ mirũ nemini uideri debet omnia enim a me in te pfecta sunt quæ ad tuum commodum quæ ad honorẽ et dignitatẽ ptinerẽt. p his rebuus nullam mihi abs te relatã esse gratiã tu es optimus testis: contra etiam esse aliqd abs te pfectũ ex multis audiui nã cõpisse me nõ audeo dicere ne forte id ipsũ uerbum ponã quod abs te aiunt falso in me solere conferri. Sed ea quæ ad me delata sunt malo te ex Ponponio cui nõ minus molesta fuerũt quam ex meis litteris cognoscere. Meus ĩ te animus quã singulari officio fuerit & Senatus & populus romanus testis est tu q̃ gratus erga me fueris ipse existimare potes: quantũ mihi debeas cæteri existimẽt. Ego quæ tua causa ãtea feci uolũtate

ſum adductus poſteaq; conſtantia. Sed reliqua mihi crede multo maius meum ſtudium maioréq; grauitaté & laborem deſiderant quæ ego ſi nõ profõdere ac pdere uidebor omnibus meis uiribus ſuſtinebo. Sin autem ingrata ſententia eſſe non comittã ut tibi ip/ſe inſanire uidear. Ea quæ ſint & eiuſmodi poteris ex Põpõio co gnoſcere. Atq; ipſum tibi Põpõiũ ita cõmendo ut quanq̃ ipſius cauſa confido te factuꝝ omnia tamen abſ te hoc petam ut ſi quid ĩ te reſidet amoris erga me id omne in Pomponii negocio oſtendas Hoc mihi gratius facere nihil potes. Vale

Cicero L. F. ꝓcon. S. d. p.

Vm ad me Decius librarius ueniſſet egiſſetq; mecum ut op am darẽ ne tibi hoc tempore ſuccederet̃ quãq̃ illum hõinem frugi & tibi amicũ exiſtimabã tamẽ ꝙ memoria tenebam cuiuſmo di ad me lr̃as antea miſiſſes non ſatis credidi homini prudẽti tam ualde eſſe mutatã uoluntatẽ ſuam: Sed poſtq̃ & Cornelia tua Terẽ/tiam conuenit & ego q. Cornelio loquutus ſum adhibui diligentiã quotienſcũq; Senatus fuit ut adeſſem plurimũque ĩ eo negotii ha bui ut q. fuſium tri. ple. & cæteros ad quos tu ſcripſeras cogerẽ mi hi potius credere q̃ tuis lr̃is. omnino res tota in menſem ianuariũ reiecta erat ſed facile obtinebat̃. Ego tua gratulatione cõmotus ꝙ ad me primo ſcripſeras uelle te bene uẽire ꝙ de Craſſo domũ emiſ ſem Emi eam ipſam domũ xxxv. aliquanto poſt tuã gratulationẽ. Itaque nunc me ſcito tantũ habere æris alieni ut cupiam cõiuuare ſi quiſq̃ recipiat: ſed partim odio inducti me excludunt & apte ui/dicem cõiurationis oderũt partim non credunt & a me ĩſidias me tuunt nec putãt ei deeſſe nũmos poſſe qui ex obſidiõe fœneratores exemerit omnis. ſemiſibus magna copia eſt. Ego autẽ meis rebus ge ſtis hoc ſum aſſecutus: ut bonũ nomẽ adeptus exiſtimer. Domũ tuã atq; ædificatiõem omnẽ pſpexi & uehemẽter ꝓbaui. ãtoniũ & ſi eius in me officia õnes deſiderãt tamẽ ĩ ſẽatu grauiſſime ac diligẽtiſſime defẽdi. Senatũq; uehemẽter oratiõe mea: atq; auctoritate cõmoui. Tu ad me uelim lr̃as crebrius mitas. Vale.

M. T. M. F. Cicero Gn. Põpeio Gn. F. Magno Imp. S. d. p.

I tu exercitusq; ualetis bene eſt. Ex tuis lr̃is quas publice mi ſiſti cepi una cũ õnibus incredibilem uoluptatẽ. Tantã enim

ſpem ocii oſtendiſti quãtam ego ſemp̱ omnibus te uno fretus pol
licebar. Sed hoc ſcito tuos ueteres hoſtes nouos amicos uehemẽter
lr̃is p̱culſos atq; ex magna ſpe deturbatos iacere. Ad me autem lit
teras quas miſiſti quãq̃ exiguam ſignificationẽ tuæ erga me uolũ
tatis habebãt tamen mihi ſcito iocundas fuiſſe. Nulla enim re tam
letari ſoleo q̃ meoꝝ officioꝝ cõſcientia qbus ſi quando non mutue
reſpondet᷑ apud me plus officii reſidere facillime patior. Illud non
dubito quin ſi te mea ſũma erga te ſtudia parũ mihi adiunxerint
reſp. nos inter nos conciliatura cõiunctura q; ſit. Ac ne ignores qd
ego in tuis lr̃is deſiderarĩ ſcribam apte ſicut & mea natura & nr̃a
amicicia poſtulat. Res eas geſſi quaꝝ aliquã ĩ tuis lr̃is & nr̃æ neceſ/
ſitudinis & reip. cauſa gratulationẽ expectaui. quã ego abs te p̄ æ
termiſſã eſſe arbitror ꝙ uerere ne cuius animũ offenderes. Sed ſci
to ea quæ nos pro ſalute patriæ geſſimus orbis terræ iudicio ac te
ſtimonio cõprobari. quæ cum ueneris tanto conſilio tantaq; animi
magnitudine a me geſta eſſe cognoſces ut tibi multo maiori quam
africanus fuit me non multo minorem quam Lelius facile etiam
in repu. & in amicicia adiunctum eſſe patiare. Vale

M. T. Cice. M. Licinio P. F. Craſſo S.d.p.

Vantum meum ſtudium extiterit dignitatis tuæ uel tuendæ
uel etiam augendæ non dubito quin ad te omnes tui ſcripſe/
rint. Non enim fuit aut mediocre aut obſcuꝝ aut eiuſmodi ꝙ ſilẽ
tio poſſet præteriri. Nam & cum cõſulibus & cum multis cõſulari
bus tanta cõtentione decertaui quãta nunq̃ antea ulla in cauſa ſu
ſcepiq; mihi p̱petuam ꝓpugnationẽ pro oĩbus ornamẽtis tuis. Ve
teriq; noſtræ neceſſitudini iam diu debitũ ſed multa uarietate tẽpo
rum interruptũ officium cumulare reddidi. Neq; me hercule unq̃
mihi tui autem colendi aut ornandi uoluntas defuit ſed quædam
peſtes hominũ laude aliena dolẽtiũ & te non nunq̃ a me alienarũt
& me aliquando ĩmutarunt tibi. Sed extitit tẽpus optatũ mihi ma
gis q̃ ſperatũ ut florentiſſimis tuis rebus mea pſpici poſſet & me/
moria noſtræ uoluntatis & amiciciæ fides. Sum enim conſecutus
non modo ut domus tua tota ſed ut cuncta ciuitas me tibi ãiciſſi/
mum eſſe cognoſceret. Itaque & præſtãtiſſima omniũ fœminarum
uxor tua & eximia pietate uirtute gratia tui Craſſi meis conſiliis
monitis ſtudiis actiõibusque nitunt᷑ & ſenatus populuſque ro. ĩtel
ligit tibi abſenti nihil eſſe tam promptũ aut tam paratum q̃ ĩ õni/

bus rebus quæ ad te ptineant operam curam diligentiã auctoritatẽ meam quæ ſunt acta quæq; agantur domeſticoꝝ tibi lr̃is declarari puto. De me ſic exiſtimes ac tibi pſuadeas uehemẽter uelim nõ me repentina aliqua uoluntate aut fortuito ad tuam ãplitudinẽ meis officiis amplectendã incidiſſe. Sed ut primum forum attigerĩ ſpectaſſe ſemp ut tibi poſſem q̃maxime eſſe coniũctus. Quoqdẽ ex tempore memoria teneo neq; meam tibi obſeruantiã neq; mihi tuam ſũmam beniuolentiã ac liberalitatẽ defuiſſe. Si qua ĩterciderũt non tam re q̃ ſuſpicione uiolata ea cum fuerint & falſa & inania ſint euulſa ex omni memoria uitaq; nr̃a. Is enim tu uir es & eum me ẽẽ cupio ut quoniam ĩ eadem reip. tẽpora ĩcidimus coniũctionẽ amiciciamq; noſtram utrique nr̃m laudi ſperẽ fore. Quãobrẽ tu quantum tuo iudicio tribuendũ nobis eſſe putes ſtatues ipſe & ut ſpero ſtatues ex nr̃a dignitate. Ego uero tibi ꝓfiteor atque polliceor eximiũ & ſingulare meũ ſtudium in omni genere officii quod ad honeſtatem & gloriam tuam ſpectet in quo etiam ſi multi mecũ contendent tamen tum reliquis omnibus tũ craſſis tuis iudicibus omnes facile ſupabo. quos quidem ego ambos unice diligo. Sed ĩ Marco beniuolẽtia impari hoc magis ſum publio deditus ꝙ me quanq̃ a pueritia ſua ſemp tamen hoc tẽpore maxime ſicut alteꝝ parentẽ & obſeruat & diligit. Has lr̃as uelim exiſtimes fœderis hĩturas uim eſſe non epiſtolæ. meque ea quæ tibi prõitto ac recipio ſanctiſſime eſſe obſeruatuꝝ diligẽtiſſimeque factuꝝ. Quæ a me ſuſcepta defenſio eſt te abſente dignitatis tuæ in ea iam ego non ſolum amiciciæ noſtræ ſed etiam conſtãtiæ meæ cauſa pmanebo. Quãobrẽ ſatis ẽẽ hoc tẽpore arbitratus ſum hæc ad te ſcribere me ſi quid ipſe ĩtelligerem aut ad uoluntatẽ aut ad cõmodũ aut ad amplitudinẽ tuam ptinere mea ſponte id eſſe factuꝝ. Sin autem quidpiã aut a te eſſẽ admonitus aut a tuis effectuꝝ ut ĩtelligeres nihil neq; te ſcripſiſſe neq; quẽq̃ tuoꝝ fruſtra ad me detuliſſe. Quãobrẽ uelim ita & ipſe ad me ſcribas de omnibus minimis maximis mediocribusq; rebus ut ad hominẽ ãiciſſimũ & tuis præcipias ut opera cõſilio auctoritate gratia mea ſic utantur ĩ omnibus pu. priuatis forẽſibus domeſticis tuis amicoꝝ hoſpitum clientũ tuoꝝ negotiis ut quo ad eius fieri poſſit preſentiæ tuæ deſiderium meo labore minuatur. Vale

P. Vatinius Imp. M. Tull. Cice. S. d. p.

I uales bene eſt ego ualeo. Si tuam cõſuetudinẽ ĩ patrociniis

tuendis seruas P. Vatinius cliens aduenit qui pro se causam dicier uult non puto repudiabis in honore quem ĩ periculo recepisti. Ego autem quem potius adoptem aut inuocem q̃ illum quo defendẽte uĩcere didici. An uerear ne qui potẽtissimoꝝ hominũ cõspirationẽ neglexerit pro mea salute is ꝓ honore meo pusilloꝝ ac maliuoloꝝ obtrectatiões & inuidias non ꝓsternat atq; obterat. Quare si me sicut soles amas suscipe me totum: atque hoc quidqd est oneris ac muneris pro mea dignitate tibi tuendũ ac sustinẽdũ puta. scis me am fortunam nescio quomodo facile obtrectatores inuenire non meo qdem me hercle merito sed quanti id refert? si tamen fato nescio quo accidit: si quis forte fuerit q nostræ dignitati obesse uelit Peto a te ut tuam consuetudinẽ & liberalitatẽ in me absente defendẽdo mihi præstes. Litteras ad Senatũ de rebus nostris gestis quo exẽplo miseram infra tibi ꝑscripsi. Dicitur mihi tuus seruus Anagnostes fugitiuus cum uardacis esse: de quo tu mihi nihil mãdasti Ego autem terra mariq; ut conqreret̃ præmandaui & ꝑfecto tibi illum repiam: nisi si in Dalmaciam aufugerit: & inde tamẽ aliquã do eruam tu nos fac ames. Vale L. d. ii. id. qntiles ex castris Narõa

P. Vatinius Imp. M. Tull. Cice. S. d. p.

I uales bene est ego ualeo. De Dionisio tuo adhuc nihil extrico & eo minus quod me frigus dalmaticũ quod illinc eiecit etiam hic refrigerauit. Sed tamen non desistam quin illum aliquã do eruam. Sed tu omnia mihi dura imperas. De Catilio nescio qd ad me scripsisti deprecatiõis diligẽtissimæ Apagete cum nr̃o Sexto seruilio. Nam me hercle ego quoq; illũ amo. Sed huiuscemodi uos clientes huiusmodi causas recipitis: hominem unum omniũ crudelissimum qui tot ingenuas matresfamilias ciues romanos occidit a ripuit dispdidit regiones uastauit. Simul non semissis homo cõtra me arma tulit & eum bello cepi. Sed tamen mi Cicero quid facere possum. Omnia me hercle quidem cupio quæ tu mihi ĩperas. meã aĩaduersionẽ & suppliciũ: quo usurus eram in eum quem cepissẽ remitto tibi & condono. Quid illis respõdere possum qui sua bona dirrepta naues expugnatas fratres liberos parentes occisos actores expostulant. Si me hercle Apios haberem in cuius locum effectus sum tamẽ hoc sustinere non possem. Quid ergo ẽ faciã omnia sedulo quæ te sciam uelle. Defenditur a q. Volusio tuo discipulo si forte ea res poterit aduersarios fugare in eo maxima spes est. nos

ſi quid erit iſtic opus defendes.Cæſar adhuc mihi iniuriam facit de meis ſupplicationibus & rebus geſtis dalmaticis adhuc non refert quaſi uero nõ iuſtiſſimi triũphi in Dalmatia res geſſerim.Nam ſi hoc expectandũ eſt:dum totum bellum conficiam.Viginti oppida ſunt Dalmatiæ antiqua quæ ipſi ſibi aſſciuerunt amplius ſexaginta Hæc niſi omnia expugno:ſi mihi ſupplicationes non decernuntur: longe alia cõditione ego ſum ac cæteri impatores.Ego poſt ſuppli cationes mihi decretas in Dalmatiã ꝓfectus ſum:ſex oppida ui ex pugnando cepi.Vnum hoc quod erat maximũ quater a me iã cap tum.quatuor enim turres & quatuor muros cepi & arcem eoꝝ to tam ex qua me niues frigora imbres detruſerũt.Indigneq; mi Ci cero oppidum captum & bellum confectũ relinquere ſum coactus. Quare te rogo ſi opus erit ad Cæſarem meam cauſam agas meq; tibi in omnes partes defendẽdũ putes Hoc exiſtimans nemiẽm te tui amantiorẽ habere.Vale data nonis decembris Narona

M. Tull.Cice. P. Vatinio Imp.S.d.p.

Rata tibi eſſe mea officia non miror.Cognoui enim te grati ſſimum omnium.Idq; nunq̃ deſtiti prædicare nec tu habuiſti mihi modo gratiã uerum etiam cumulatiſſime retuliſti.Quãobrẽ reliquis tuis omnibus rebus pari me ſtudio erga te & eadem uolũ tate cognoſces.Quod mihi fœminam primariã Pompeiã uxorem tuam comendas cum Sura noſtro ſtatim tuis lr̃is lectis locutus ſũ: ut ei meis uerbis diceret ut quicqd opus eſſet mihi denũtiaret me omnia quæ ea uellet ſũmo ſtudio curaq; factuꝝ.Itaq; faciam eamq; ſi opus eſſe uidebitur ipſe conueniã.Tu tamen ei uelim ſcribas:ut nullam rem neq; tam magnam neq; tam paruam putet quæ mihi aut difficilis aut parum me digna uideatur.Omnia quæ in tuis re bus agam & non laborioſa mihi & honeſta uidebunť.De Dioniſio ſi me amas confice.quãcũq; ei fidem dederis præſtabo.Si uero ĩꝑ bus fuerit ut eſt duces eum captiuũ in triũpho:Dalmati dii malefa ciant qui tibi moleſti ſunt.Sed ut ſcribis breui capiẽtur & illuſtra bunt res tuas geſtas.ſemper enim habiti ſunt bellicoſi.vale

M. Tull.Cice. L.Luceio S.d.p.

Oram me tecum hæc eadem ſæpe agere conantem deterruit pudor quidam pene ſubruſticus quæ nunc expromã abſens

audacius epiſtola enim non erubeſcit. Ardeo cupiditate incredibili
neque ut ego arbitror repræhendēda nomen ut noſtrum ſcriptis il
luſtretur & celebret tuis. Quod & ſi mihi ſæpe oſtendis te eſſe fac/
tuꝝ tamen ignoſcas uelim huic meæ feſtinationi. Gēus enim ſcrip
torum tuorū & ſi erat ſemꝑ a me uehemēter expectatū tamē uicit
opinionem meam meque ita uel cepit uel incēdit ut cuperem q̄ ce
lerrime rumores noſtros monimētis cōmendari tuis. Neque enim
me ſolum cōmemoratio poſteritatis ad ſpem quandā īmortalitatis
rapit Sed etiam illa cupiditas ut uel auctoritate teſtimonii tui uel
indicio beniuolentiæ uel ſuauitate ingenii uiui ꝑfruamur. Neque
tamen hæc cum ſcribebam eram neſcius quantis oneribus preme
rere ſuſceptaꝝ rerum & iam inſtitutaꝝ. Sed quia uidebā italici bel
li & ciuilis hiſtoriam iam a te pene eſſe ꝑfectam Dixeras autē mi
hi te reliquas res ordiri uelle deeſſe mihi nolui quin te admonerē
cogitares coniūcte ne malles cum cæteris rebus noſtra cōtexere an
ut multi græci fecerunt. Caliſthenes troicum bellum. Thimaeus ꝑr
ri pollibius Numantinū qui omnes a ꝑpetuis ſuis hiſtoriis ea quæ
dixi bella ſepauerunt. Tu quoq; ita ciuilem coniurationē ab hoſtili
bus externiſq; bellis ſeiungeres. Equidem ad noſtram laudem non
multum uideo intereſſe. Sed ad ꝓperationē meam quiddam itereſt
non te expectare dum ad locum ueias ac ſtatim cauſam illā totam
& tempus arripere & ſimul ſi uno in argumento unaq; ī perſona
mens tua tota uerſabitur cerno iam animo quāto omnia uberiora
atque ornatiora futura ſint. Neque tamen ignoro q̄ īpudenter fa/
ciam qui primum tibi tantum oneris imponam. Poteſt enim mihi
denegare occupatio tua. Deīde etiam ut ornes me poſtulem Quid
ſi illa tibi nō tanto opere uidentˀ ornāda? ſed tamen qui ſemel ue/
recundiæ fines trāſierit eum bene & nauiter oportet eſſe īpudentē.
Itaque te plāe etiam atque etiam rogo ut & ornes ea uehemētius
etiam q̄ fortaſſe ſentis & in eo leges hiſtoriæ negligas gratiāq; illā
de qua ſuauiſſime quodam ī ꝓhemio ſcripſiſti & qua te affici nō
magis potuiſſe demōſtras q̄ Herculem Zenophontiū illum a uo/
luptate eam ſi me tibi uehemētius cōmendabit ne aſpnere amoriq;
noſtro pluſculū etiam q̄ cōcedat ueritas largiare. Quod ſi te adducu
cemus ut hoc ſuſcipias erit ut mihi pſuadeo materies digna facul
tate & copia tua A principio enim cōiurationis uſque ad reditum
noſtrum. Videtur mihi modicum quoddā corpus confici poſſe. In
quo & illa poteris uti ciuilium cōiurationū ſcientia uel in explicā
dis cauſis rerum nouaꝝ uel ī remediis īcōmodoꝝ cum & repræhē

des ea quæ uitupanda duces & quæ placebunt exponendis rōnibus com‸pbabis. Et si liberius ut consueuisti agendū putabis multoꝝ i nos pfidiam insidias ‸pditionem notabis. Multam etiam casus nr̄i uarietatē tibi in scribendo suppeditabunt plenam cuiusdam uolup tatis quæ uæhemēter animos hominum in legendo scripto retinere possit. Nihil est enim aptius ad delectationē lectoris q̄ tempoꝝ ua/rietates fortunæq; uicissitudines quæ & si nobis optabiles i experi endo non fuerunt in legendo tamē erunt iocūdæ. Habet enim præ/teriti doloris secura recordatio delectationē cæteris uero nulla per functis propria molestia casus alienos autem sine ullo dolore intu entibus etiam ipsa misericordia est iocunda. Quem enim nostrum ille moriens apud Mantineā epaminūdas nō eum quadam misera tione delectat: qui tum denique sibi euelli iubet spiculum postquā ei pcuntanti dictum est clipeum esse saluum ut etiam in uulneris dolore æquo animo cum laude moreret͂. Cuius studium in legēdo non erectum. Themistoclis fuga redituq; retinetur. Et enim ordo ipse ānalium mediocriter nos retinet q̄ enumeratiōe fastoꝝ. At ui/ri sæpe excellentis ancipites uariiq; casus habēt admirationē expec tationem lætitiam molestiam spem timorem. Si uero exitu notabi li concluduntur expletur animus iocundissima lectionis uoluptate quod mihi acciderit optatius si in hac sentētia fueris ut a continē tibus tuis scriptis in quibus ppetuam rerum gestaꝝ historiā com/plecteris secernas hanc quasi fabulam rerum euentoꝝq; nostrorū. Habet enim uarios actus multasq; actiones & consilioꝝ & tempoꝝ Ac non uereor ne assentatiūcula quadam aucupari tuam gratiam uidear cum hoc demonstrē me a te potissimū ornari celebrarique uelle. Neque enim tu is es qui sis nescius & qui nō eos magis q te non admirent͂ inuidos q̄ eos q laudent assentatores arbitrere. Ne/q; autē ego sum ita demens ut me sempiternæ gloriæ p eum cōmē dari uelim qui non ipse quoque in me comendādo propiam īgenii gloriam consequatur. Neque enim Alexander ille gratiæ causa ab Appelle potissimū pingi & a Lisippo fingi uolebat sed quod illorū artem tum ipsis tum etiam sibi gloriæ fore putabat. Atque illi ar/tifices corporis simulacra ignotis nota faciebant quæ uel si nulla sint nihilo sunt tamen obscuriores clari uiri. Nec minus est Sparti athes Agesilaus ille phibendus qui neque pictam neque fictam ia aginem suam passus ē esse q̄ qui ī eo genere laborarūt unus enim Zenophōtis libellus ī eo rege laudādo facile omnes imagīes homi/nū statuasq; superauit. Atque hoc præstātius mihi fuerit & ad læti

tiam animi & ad memoriæ dignitaté si in tua scripta puenero q̃ si in cæteroꝝ quod non ingeniũ mihi solum suppeditatũ fuerit tuũ sicut Timoleonti a Thimæo aut ab Herodoto Themistocli sed etiã auctoritas clarissimi & spectatissimi & in reipu. maximis grauissi/misq; causis cognoti atque inprimis probati uiri ut mihi nõ solũ præconiũ quod cum in Sigeum uenisset Alexander ab Homero Achilli tributũ esse dixit Sed etiam graue testimoniũ ĩpartitũ clari hominis magniq; uideatur. Placet enim Hector ille mihi Neuiãus qui non tantum laudari se lætatur: sed addit etiam a laudato uiro Quod si a te non impetro. Hoc est si quæ te res impedierint neq; enim fas esse arbitror quicq̃ me rogantem abste non ĩpetrare co/gar fortasse facere quod nõnulli sæpe repræhendũt Scribam ipse de me multoꝝ tamen exemplo & clarorum uirorũ. Sed quod te nõ fugit Hæc sunt in hoc genere uitia & uerecũdius ipsi de se se scri/bant necesse est: si quid est laudandũ & prætereant si quid repræhẽ dendum est. Accedit etiã ut minor sit fides minor auctoritas multi denique repræhendãt & dicant uerecũdiores esse præcones ludorũ gymnicorũ qui cũ cæteris coronas imposuerũt uictoribus eorũq; nomina magna uoce ꝓnunciarint cum ipsi ante ludoꝝ missionem corona donentur Alium præconem adhibeant ne sua uoce ipsi se uictores esse prædicent. Hæc nos uitare cupimus. Et si recipis cau sam nostram uitabimus. Idque ut facias rogamus. Ac ne forte mi rere cur cum mihi sæpe ostenderis te accuratissime nostroꝝ tẽpo/rum consilia atque euentus litteris mandatuꝝ a te id nunc tanto opere & tam multis uerbis petamus Illa nos cupiditas incendit de qua initio scripsi festinationis ꝙ alacres animo sumus ut & cæteri uiuẽtibus nobis ex libris tuis nos cognoscant & nos metipsi uiui gloriola nostra pfruamur. His de rebus quid acturus sis si tibi nõ est molestum rescribas mihi uelim si enim suscipis causam cõficiã cõmentarios omniũ rerum sin autem differs me in tempus aliud coram tecum loquar tu interea nõ cessabis & ea quæ habes institu ta perpolies nosque diliges. Vale

M. Tull. Cice. L. Luccio S. d. p.

Vamq̃ ipsa cõsolatio litterarum tuarum mihi gratissima est declarat enim summã bẽiuolẽtiam cõiunctam pari prudẽtia tamẽ illum fructũ ex his litteris uel maximũ cepi quod te præcla/re res humanas cõtemnentẽ & optime contra fortunam paratum

armatumq; cognoui quam qdem laudem sapientiæ statuo esse maximam non aliunde pendere nec extrinsecus aut bene aut male uiuendi suspensas habere rationes. Que cogitatio cum mihi non oio excidisset & enim penitus insederat. Vi tamẽ tempestatũ & concursu calamitatũ erat aliquãtulũ labefactata atque cõuulsa cui te opitulari & uideo & id fecisse proximis etiam litteris multũq; ꝑfecisse sentio. Itaque hoc sæpius dicendũ tibique non significãdum solum sed etiam declarandũ arbitror nihil mihi esse potuisse tuis litteris gratius. Ad consolandũ autem cum illa ualent quæ eleganter copioseque collegisti tum nihil plus q̃ quod firmitudinẽ grauitatemq; animi tui ꝑspexi quam non imitari turpissimũ existimo. Itaq; hoc etiam fortiorẽ me puto q̃ te ipsum præceptorẽ fortitudinis quod tu mihi uidere spem nõnullam habere hæc aliquando futura meliora. Casus enim gladiatorii similitudinesq; hæ tum rões in ea disputatione a te collectæ uetabant me reipu. pẽitus diffidere. Itaque alterũ minus mirũ fortiorem te esse cum aliquid speres. Alterum mirum spe nulla teneri. Quid est enim non ita affectum ut id non deletum extinctũq; esse fateare: Circunspice omnia membra reip. quæ notissima sunt tibi nullum reperies profecto quod non fractũ debilitatũq; sit. quæ ꝑsequerer si aut melius ea uiderem q̃ tu uides aut cõmemorare possẽ sine dolore quanq̃ tuis mõitis præceptisq; omnis est abiiciendus dolor. Ergo & domestica feremus ut censes & pu. etiam paulo fortius fortasse q̃ tu ipse qui præcipis. Te enim aliqua spes consolat᷑. Vt scribis nos erimus etiam in omnium desperatione fortes ut tu tamen idem & hortaris & præcipis. Das enĩ mihi iocundas recordatiões cõsciẽtiæ nostræ rerumq; eaꝝ quas te ĩ primis auctore gessimus. Præstitimus enim patriæ nõ mĩus certe q̃ debuimus: plus profecto q̃ est ab animo eiusq̃ aut consilio hominis postulatum. Ignosces mihi de me ipso aliqd prædicãti quaꝝ enim tu rerum cogitatione nos leuare ægritudĩe uoluisti earum etĩ cõmemoratione lẽimur. Itaque ut mones quantũ potero me ab omnibus molestiis & angoribus abducam transferãq; animum ad ea quibus secundæ res ornant᷑ aduersæ adiuuant᷑. tecumq; & ero tantum quantum patietur utriusq; ætas & ualitudo & si esse una minus poterimus q̃ uolemus ãimorũ tamen coniunctione iisdemque studiis ita fruemur ut nõnunq̃ una esse uideamur. Vale

L. Luceius q. F. M. Tull. Cice. M. F. S. d. p.

I uales bene est ego ualeo. Sicut soleo paulo tamen etiam deterius q̄ soleo. Te requisiui sæpius ut uiderem Romæ qa postea non fuisti q̄ a me discesseras miratus sum quod item nunc miror. non habeo certum quæ te res hīc maxime retrahat: si solitudīe delectare cum scribas & aliquid eorum agas quoꝝ cōsueuisti gaudeo neque repræhēdo tuum consiliū. nam nihil isto potest esse iocūdius non modo miseris his temporibus & luctuosis: sed etiam trāquillis & optatis præsertim uel animo defatigato tuo qui nunc requiem quærit ex magnis occupatiōibus uel erudito q semp aliqd ex se promat quod alios delectet te ipsum laudibus illustret. Sin autem sicut hic dixeras lacrimis ac tristiciæ te tradidisti doleo qa doles & angere non possum te non si concedis quod sentimus ut liberius dicamus accusare. Quid enim tu solus aperta nō uidebis qui proter acumen occultissima pspicis? Tu non intelliges te querelis quotidianis nihil proficere? non intelliges duplicari sollicitudines quas eleuare te tua prudentia postulat? Quod si nō possumus aliquid proficere suadendo gratia contēdimus & rogando si quid nostra causa uis ut istis te molestiis laxes & ad cōuictū nostrū redeas Et ad consuetudinē uel nostram cōmunem uel tuam solius ac propriam cupio non obtundere te si nō delectare nostro studio cupio deterrere ne pmaneas in cœpto cum duæ res istæ contrariæ me cōturbent ex quibus aut in altera mihi uelim si potes obtēperes aut in altera non ostendas. Vale

M. Tull. Cice. L. Luceio S. d. p.

Mnis amor tuus ex omnibus partibus se ostendit in his lr̄is quas a te proxime accepi nō ille quidem mihi ignotus: sed tamen gratus & optatus. dicerem iocundus nisi id uerbum in omne tempus pdidissem neque ob eam unam causam quam tu suspicaris & in qua me lenissimis & amātissimis uerbis utens re grauiter accusas: Sed quod illius tanti uulneris quæ remedia esse debebant eā nulla sunt. Quid enim ad amicos ne confugiā? q̄ multi sunt? Habuimus enī fere cōmunes quoꝝ alii occiderūt. Alii nescio quo pacto obduruerunt. tecum uiuere possem eqdem & maxime uellē. Vetustas amor consuetudo studia paria. Quod uinculū est nostræ cōiūctionis? possumus ne igitur esse una? ne me hercle intelligo quid impediat. Sed certe adhuc non fuimus cum essemus uicini in Tusculano in puteolano. Nam quid dicam in urbe? in qua cum forum

comune ſit uicinitas non requiritᷣ.Sed caſu neſcio quo ĩ ea tẽpora noſtra ætas incidit ut cum maxime florere nos oporteret tum ui/uere etiam puderet.Quod enim poterat mihi eſſe perfugiũ ſpolia to & domeſticis & foreſibus ornamẽtis atque ſolatiis litteræ credo q̄bus aſſidue utor.Quid enĩ aliud facere poſſum?Sed neſcio quo/modo ipſæ illæ excludere me a portu & pfugio uidentur & quaſi exprobrare ꝙ in ea uita maneam in qua nihil ĩſit niſi propagatio miſerrimi tẽporis.Hic tu ea me abeſſe urbe miraris ĩ qua domus nihil delectare poſſit ſũmum ſit odium tẽporũ hominũ fori curiæ Itaque ſic litteris utor inquibus conſumo omne tempus non ut ab his medicinã ppetuã ſed ut exiguã obliuionẽ doloris petã.Quod ſi id egiſſemus ego atque tu ꝙ ne in mentem quidem nobis uenie bat proter quottidianos metus omne tempus ũa fuiſſemus neque me ualitudo tua offenderet neque te meror meus.Quod quantum fieri poterit cõſequamur.Quid enim eſt utriq; noſtrum aptius?p pediem te igitur uidebo.Vale

M . Tull. Cice.Titio S.d.p.

T ſi unus ex omnibus minime ſum ad te cõſolandũ accõmo/datus quod tantum ex tuis moleſtiis doloris accepi ut conſo latione ipſe egerem tamen cum longius ab ſũmi luctus acerbitate meus abeſſet dolor q̄ tuus ſtatui nr̄æ neceſſitudinis eſſe meæ q;ĩte beniuolentiæ non tacere tanto in tuo mœrore tam diu ſed adhibere aliquam modicam conſolationẽ quæ leuare dolorem tuum poſſet ſi minus ſanare potuiſſet.Eſt autem conſolatio puulgata qdem il/la maxime quam ſemp in ore atq; in ãimo habere debemus.hoĩes nos ut eſſe mẽinerimus ea lege natos ut omnibus telis fortũæ pro poſita ſit uita noſtra neq; eſſe recuſandũ quominus ea qua nati ſu mus conditiõe uiuãus neue tam grauiter eos caſus feramus quos nullo conſilio uitare poſſumus euentisq; alioꝝ memoria repetẽdis nihil accidiſſe nobis noui cogitemus.Neq; hæ neq; cæteræ cõſolati ones quæ ſunt a ſapiẽtiſſimis uiris uſurpatæ memorieq; & litteris proditæ tãtum uidentᷣ proficere debere quantũ ſtatus ipſe noſtræ ciuitatis & hæc pturbatio tempoꝝ perditoꝝ cum beatiſſimi ſint q liberos non ſuſceperũt minus autem miſeri qui his tẽporibus ami ſerunt q̄ ſi eoſdem bona aut denique aliqua rep.pdidiſſent.Quod ſi tuum te deſiderium mouet aut ſi tuaꝝ rerum cogitatiõe mœres nõ facile exhauriri tibi iſtum dolorem poſſe uniuerſum puto.Sin

illa te res cruciat quæm agis amoris eſt ut eorum qui occiderunt miſerias lugeas ut ea non dicam quæ ſæpiſſime & legi & audiui ni/ hil mali eſſe in morte in qua ſi reſideat ſenſus īmortalitas illa poti us q̄ mors dicenda ſit. Sin ſit amiſſus nulla uideri miſeria debeat quæ non ſentiatur. Hoc tamen non dubitans cōfirmare poſſum ea miſceri parari impendere reipu. quæ qui reliquerit nullo modo mi hi quidem deceptus eſſe uideatur. Quid eſt enim iam nō modo pu dori probitati uirtuti rectis ſtudiis bonis artibus. Sed omnīo liber tati ac ſaluti loci? Non me hercle quenq̄ audiui hoc grauiſſimo & peſtilētiſſimo anno adoleſcētulū aut puerum mortuū qui mihi nō a diis inmortalibus ereptus ex his miſeriis atq; ex iniqſſima cōdi/ tione uitæ uideretur. Quare ſi tibi unum hoc detrahi poteſt ne qd his quos amaſti mali putes contigiſſe pmultū erit ex mœrore tuo diminutū. Relīquet̃ enim ſimplex illa iam cura doloris tui quæ nō cum illis comunicabat̃: ſed ad te ipſum ꝓprie referet̃. In qua non ē iam grauitatis & ſapiētiæ tuæ quam tu a puero præſtitiſti ferre īmoderatius caſum incōmodoꝝ tuorum qui ſit ab eorum quos di lexeris miſeria maloq; ſeiunctus. Et enim eum ſemp te & priuatis in rebus & publicis præſtitiſti tuenda tibi ut ſit grauitas & cōſtan/ tiæ ſeruiēdū. Nam quod allatura eſt ipſa diuturnitas quæ maxīos luctus uetuſtate tollit id nos præripere conſilio prudētiaq; debēus Et enim ſi nulla fuit unq̄ in liberis amiſſis tam inbecillo mulier a/ nimo quæ non aliquando lugendi modum fecerit certe nos quod ē dies allatura id conſilio anteferre debemus. neq; expectare tēporis medicinā quam repræſentare ratione poſſumus. His ego litteris ſi quid ꝓfeciſſem exiſtimabam optandū quiddā me eſſe aſſecutū ſin minus forte ualuiſſent officio tamen eſſe functuꝝ bēiuolentiſſimi atq; amiciſſimi. quē me tibi & fuiſſe ſemp exiſtimes uelim & futu/ rū eſſe cōfidas. vale

M. Tull. Ci. P. Sextio S.d.p.

On obliuione amiciciæ noſtræ neq; ītermiſſione cōſuetudinis meæ ſupioribus temporibus ad te nullas lr̄as miſi: ſed quod priora tempora in ruinis reipu. noſtriſq; iacuerūt poſteriora autē me a ſcribendo tuis iniuſtiſſimis atque acerbiſſimis incōmodis re tardarunt. Cum uero & interuallū iam ſatis longum fuiſſet & tuā uirtutem animiq; magnitudinē diligentius eſſem mecum recorda tus nō putaui eſſe alienum inſtitutis meis hæc ad te ſcribere. Ego te P. Sexti & primis temporibus illis qbus ī inuidiam abſens cum

in crimen uocabare defendi & cum in tui familiarissimi iudicio ac periculo tuum crimen coniungeret ut potui accuratissime te & tuam causam tutatus sum Et proxime recenti aduentu meo cum rē aliter institutā offendissem ac mihi placuisset si affuissem tamē nulla in re saluti tuæ defui. Cumq; eo tempore inuidia ānonæ inimici non solum tui uerū etiam amicoꝝ tuoꝝ iniqtas totius iudicii multaque alia reipu. uicia plus q̄ causa ipsa ueritasq; ualuissēt. Publio tuo neque opera neque consilio neque labore neque gratia neque testimonio defui. Quāobrē omnibus officiis amiciciæ diligenter a me sancteq; seruatis ne hoc qdē prætermittēdū esse duxi te ut hortarer rogaremq; ut & hominē te & uirum esse meminisses i. ut & cōmunē incertūq; casum quem neque uitare quisq̄ nostrū nec præstare ullo pacto potest sapienter feres & dolori fortiter ac fortunæ resisteres cogitaresq; & in nostra ciuitate & in cæteris quæ rerum potitæ sunt multis fortissimis atque optimis uiris iniustis iudiciis tales casus incidisse. Illud autem utīam ne uere scriberē te ea rep. carere in qua neminem prudentē hominem res ulla delectare possit De tuo autem filio uereor ne si nihil ad te scripseram debitum eius uirtuti uideor testimōiū nō cepisse. Sin autē omnia quæ sētio pscripserim ne refricem meis litteris desideriū ac dolorem tuum. Sed tamen prudētissime facies si illius pietatem uirtutem īdustriam ubicūq; eris tuam esse tecum esse duces. Nec enim minus nr̄a sunt quæ animo cōplectimur q̄ quæ oculis ītuemur. Quāobrem & illius eximia uirtus sūmusq; in te amor magnæ tibi cōsolationi debet esse & nos cæterique qui te non ex fortūa sed ex uirtute tua pēdimus sempque pendemus & maxime amici tuæ conscientiæ cum tibi nihil merito accidisse reputabis & illud adiūges homines sapiētes turpitudine non casu & delicto suo non alioꝝ iniuria cōmoueri. Ego & memoria nostræ ueteris amiciciæ & uirtute atque obseruantia tui filii monitus nullo loco deero neque ad consolādū neq; ad leuandum fortunam tuam. Tu si quid ad me forte scripseris ꝑficiam ne te frustra scripsisse arbitrere. Vale

Cicero Tito Fadio S.d.p.

T si egomet qui te consolari cupio cōsolandus ipse sum ꝓpterea ꝙ nullam rem grauius iam diu tuli q̄ īcōmodum tuum tamen te magno opere non hortor solum sed etiam pro amore nostro rogo atque oro te colligas uirūque præbeas & qua conditione

omnes homines & quibus tẽporibus nati sumus cogites.plus tibi tua uirtus dedit q̃ fortuna abstulit ꝑpterea ꝙ adeptus es quod nõ multi homines noui amisisti quæ plurimi homines nobilissimi.Ea deniq; uidetur condicio impendere legum iudicioꝝ tempoꝝ ut op/ time actum cum eo esse uideat̃ qui q̃ leuissima pœna ab hac repu. discesserit.Tu uero q & fortunas & liberos habeas & nos cæterosq; necessitudine & beniuolentia tecum cõiũctissimos quiq; magnã fa/ cultatem sis habiturus nobiscũ & cum omnibus tuis uiuendi & cũ unum sit iudicium ex tam multis quod repræhẽdat̃ idq; una sentẽ tia eaque dubia potentiæ alicuius condonatũ extimetur omnibus his de causis debes istam molestiam q̃leuissime ferre meus ãimus erit in te liberosq; tuos semp quẽ tu esse uis & qui esse debet.Vale

M .T .Ci. Ruffo S.d.p.

T si mihi nunq̃ dubiũ fuit quin tibi carissimus essem tamen quottidie magis id ꝑspicio extatq; id quod mihi ostẽderas q/ busdã litteris hoc te studiosiorẽ in me colendo fore q̃ in ꝓuintia fuisses &si meo iudicio nihil ad tuum ꝓuitiale officiũ addi potest quo liberius iudicium esse posset tuum.Itaq; me & supiores litteræ tuæ admodũ delectarũt quibus & expectatũ meum aduentũ abs te amanter uidebam & cum aliter res cecidisset ac putasses meo te cõ silio magno opere esse letatum & his proximis litteris magnũ ce/ pi fructum & iudicii & officii tui iudicii quod intelligo te id quod omnes fortes & boni uiri facere debent nihil putare utile esse nisi quod rectum honestũq; sit.officii quod te mecum quodcũq; cepis/ sem consilii polliceris fore.quo neque mihi gratius neque ut ego arbitror tibi honestius esse quicq̃ potest.Mihi consiliũ captum iã diu est de quo ad te non quo celandus esses nihil scripsi antea:sed quia coĩcatio consilii tali tempore quasi quædam admonitio uidet̃ esse officii uel potius efflagitatio ad coeundam societatẽ uel piculi uel laboris.Cum uero ea tua sit uoluntas humanitas beniuolentia erga me libenter amplector talem ãimum.Sed ita nõ enim dimit/ tam pudorem in rogando meũ si feceris id quod ostendis magnã habebo gratiam si non feceris ignoscam & alterũ timori.alterum te mihi negare nõ potuisse arbitrabor.Est enim res profecto maxi ma.quod rectum sit apparet quid expediat obscurum est.ita tamẽ ut si nos hi sumus qui esse debemus idest studio digni ac litteris nostris dubitare nõ possumus:quin ea maxime cõducant quæ sunt

rectissima quæ tibi si simul placebit statim ad me uenies. sin idem placebit atque eodem nec continuo poteris omnia tibi ut nota sint faciam quidqd statueris te mihi amicum si id quod opto eẽ ãicissimũ iudicabo. vale

M. T. Cice. Mescenio S. d. p.

Vomodo potuissem te cõuenissẽ si eo quo cõstitueras uenire uoluisses. Quare & si mei cõmodi causa cõmouere me uoluisti tamen ita existimes uelim me antelaturũ fuisse si admonuisses uoluntatẽ tuam cõmodo meo. ad ea quæ scripsisti cõmodius eqdẽ possem de singulis rebus ad te scribere si M. Tull. scriba meus adesset a quo mihi exploratũ est in ratiõibus dũtaxat referẽdis. de cæteris rebus affirmare nõ possum nihil eum fecisse scientẽ quod esset cõtra aut rem aut existimationẽ tuam deinde si rõnum referẽdaꝝ ius uetus & mos antiquus maneret me relatuꝝ nisi tecum ꝓ coniũctione nostræ necessitndinis contnlissẽ cõfecisseq; nõ fuisse quod igitur fecissem ad urbem si consuetudo pristina mãeret id quoniã lege iulia relinquere rationes ĩ prouĩtia necesse erat easdẽq; totidẽ uerbis referre ad errarium feci in prouĩtia neque ita feci ut te ad meum arbitriũ addncerem Sed tribui tibi tantum q̃tum me tribuisse unq̃ pœnitebit. totum enim scribã meum quem tibi uideo nũc esse suspectũ tibi tradidi. Tu ei Marcum miridium fratrem tuum adiunxisti. rationes confectæ me absente sunt tecum: ad quas ego nihil adhibui præter lectionem: itaque accepi librum a meo seruo scriba ut eundem acceperã a fratre tuo. si honos fuit is maiorem tibi habere non potui. si fides maiorẽ tibi habui q̃ pene mihi ipsi. si prouidendũ fuit ne quid aliter tibi ac honestum ac utile esset referretur non habui cui potius id negocii darem. Illud qdem certæ factum est quod lex iubeat ut apud duas ciuitates laodicẽsẽ & apamensem: quæ nobis maxime uidebantur quoniam ita necesse erat rationes confectas & consolidatas deponeremus. Itaque huic loco primum respondeo me quãquam iustis de causis rationes deferre properatim tamen te expectaturum fuisse nisi in ꝓuintia relictas rationes prolatis haberem. Quãobrem de yolusio quod scribis non est id rationum: docuerunt enim me periti hõines in his cũ oĩum peritissimus: tum mihi ãicissimus Catus camillus ad Volusiũ transferri nomen a Valerio nõ potius se prædes ualerianos teneri: neq; id erat sestertiis xxxM. ut scribis: sed sunt xix Sester. erat enim curæ nobis pecunia ualerii Mancipis nomĩe: ex qua reliquum quod

erat in ratiõibus retuli. Sed sic me ex liberalitatis fructu priuasses & diligentiæ & quod minime tamen laboro mediocris eẽ prudẽtiæ: liberalitatis quod mauis scribæ mei beneficio quam meo legatum meum prefectũq; leptam maxima calamitate leuatos cum præser/tim non deberent esse obligati: diligentiæ. quod existimas de tanto officio tanto etiam piculo nec fecisse me quicq̃ nec cogitauisse. scribam quicqd uoluisset cũ id mihi ne recitauisset qdem retulisse prudentiæ cum rem a me non insipienter excogitatam quidem putes. Nam & Volusii liberandi meum fuit consiliũ & ut mulcta tã gra/uis ualerianis prædibus ipsi quoq; tito Mario depelleret̃. a me inita ratio est quam qdem omnes non solum ꝓbant: sed et laudãt: & si uerum scire uis hoc uni scribæ meo intellexi nõ nimium placere sed ego putaui uiri boni esse cum populus suum seruaret cõsulem fortunis tot uel amicorum uel ciuium Nam de Luceio est ita actũ ut auctore Gneo Pompeio ista pecunia in fano poneret̃. id ego a/gnoui meo iussu esse factum: qua pecũia Pompeius est usus ut tua tamen quam deposuerat Sesthius. Sed hoc ego nihil in telligo ad te ptinere. illud me non aĩaduertisse moleste ferrem ut ascribere te ĩ fano pecuniam iussu meo deposuisse nisi ista pecũia grauissimisq; esset monimẽtis testata cui data quo senatus consulto. quibus tuis quibus meis litteris pu. Sextio tradita esset: quæ cum uiderẽ tot uestigiis impressa ut in his errare non posset nõ ascripsi id quod tua nihil referebat. ego tamen ascripsisse mallem quoniam id te uideo desiderare. sicut scribis tibi id esse referendũ Idem ipse sentio neq; ĩ eo quicq̃ a meis rationibus discrepabũt tuæ. Addes enim tu meo iussu quod ego quidẽ non addidi: nec causa est cur negem: nec si cã esset & tu uelles negarem. Nam de sestertiis meis centum milibus certe ita relatum est ut tu siue frater tuus referre uoluit. Sed si id est quomodo de legeo parum gratiosum est. quod ego in rõnibus referẽdis etiam nunc corrigere possim de eo mihi senatus cõsulto non sum usus. quicqd per leges liceat considerãdũ est te certe ĩ pe/cunia exacta ista referre ex meis rationibus relatis non oportuit nisi quod me fallit. sunt enim alii pitiores. illud caue dubites quin ego omnia faciam quæ interesse tua autem & te uele existimẽ si ul/lo modo facere possim. Quod scribis de beneficiis scito a me & tribunos militares & præfectos & cõtubernales dũtaxat meos delatos esse ĩ quo quidem ratio me fefellit. Liberum enim mihi tempus ad eos deferendos existimabam mihi dari. postea sum certior factus triginta diebus deferri necesse esse quibus rationẽs retulissem. sane

moleste tuli non illa beneficia tuæ potius ambitiōi reseruata esse q̄ mee qui ambitione nihil uterer:de centurionibus tamē & de tribu noꝝ militariū contubernalibus res ē in integro.genus enim horum beneficioꝝ definitū lege non erat.Reliquū est ut de sestertiis centū milibus de qibus memini mihi a te mirina litteras esse allatas nō mei errati sed tui in quo peccatum uidebatur esse si modo era fratris tui & tulii:sed cum id corrigi nō posset quod iam depositis rōnibus ex ꝓuintia decessissemus credo me qdem tibi pro āimi mei uoluntate ꝓque ea spe facultatū quantū habebāus q̄humanissime potuerim rescripsisse.Sed neque tum humāitate litteraꝝ mearum obligatū puto neque me tuam hodie epistolam sic accepisse:ut hi accipiunt quibus epistolæ per hæc tempora molestæ sunt.simul illud cogitare debes me omnem pecuniā quæ ad me saluis legibus ꝑuenisset ephesi apud publicanos deposuisse.id fuisse Sester.xxiiM. eam omnem pecuniā Pompeiū abstulisse.quod ego siue æquo aīo siue iniquo fero.Tu de Sester.C.æquo animo ferre debes & existimare cominus ad te uel de tuis cibariis uel de mea liberalitate ꝑuenisse qd si mihi expensa Sester.C.tulisses tamen quæ tua est suauitas? quiq; in me amor nolles a me hoc tempore exstimationē accipere.Nam numeratū si cupem non erat.Sed hæc iocatū me puto ut ego te existimo.Ego tamen cum Tullius rure redierit mittā eum ad te si quid ad rem putabis ptīere hāc eplām cur nō scīdi uelī cā nulla ē.Vale

M.T.Cice.Mescenio S.d.p.

Ratæ mihi tuæ littere fuerūt ex quibus intellexi quod etiam sine litteris arbitrabar te sūma cupiditate affectū esse uidēdi mei:quod ita libenter accipio ut tamen tibi non concedā.Nam tecum esse ita coīa mihi omnia quæ opto cōtingant ut uehementer uelim ut enim cum esset maior.& uiroꝝ & ciuium bonoꝝ & iocundissimoꝝ hominū & amantiū mei copia tamen erat nemo qui cum essem libentius q̄ tecum & pauci quibus cum essem æque libenter hoc uero tempore cum alii interierint alii absint alii mutati uoluntate sint.Vnum mediusfidius tecum diem libentius posuerī q̄ hoc omne tempus cum plærisq; eoꝝ qbus cum uiro necessario.Nolim enim existimare te mihi sollitudinē non iocūdiorē esse qua tamē ipsa uti non licet q̄ sermones eorum qui frequētant domum meam excepto uno aut ad summū altero.Itaque utor eodem ꝑfugio quo tibi utendū censeo litterulis nostris.præterea etiam conscīetia con/

filiorum meorum. Ego ēim is sum queādmodū tu facillime potes existimare qui nihil unq̄ mea potius: q̄ meorum ciuium cā fecerim cui nisi inuidisset is quem tu nnnq̄ amasti: me enim amabas: & ipse beatus esset & omnes boni. Ego sum qui nullius uim plus ualere uolui q̄ honestū ocium. idemq; cum illa ipsa arma quæ semp timu eram plus posse sensi: q̄ illum consensū bonoꝝ quem ego idem esse ceram q̄uis tota condicione pacem accipere malui q̄ uiribus cū ualentiore pugnare. Sed & hæc & multa alia coram breui tempore licebit. neque me tum ulla res alia romæ tenet nisi expectatio rerum aphricanaꝝ. Videtur enim mihi res in ꝓpinquū adducta discrimē puto autem mea non nihil interesse quanq̄ id ipsum quid intersit non sane intelligo. Verum tamen quicqd illinc nunciatū sit non lōge abesse a consiliis amicorum. Est enim res ī eum locum adducta ut quanq̄ multum intersit inter eorum cās qui dimicant tamē īter uictorias non multum īterfutuꝝ putem. Sed plane anīus qui dubiis rebus forsitā fuerit īfirmior desperatis cōfirmatus ē multū: quē etiam tuæ supiores litteræ cōfirmarūt qbus intellexi q̄fortiter iniuriam ferres. īuitq; me tibi tum sumam humāitatē: cum etiā tuas litteras ꝓfuisse. uerum enim scribam teneriore mihi āimo uidebare: sicut omnes fere qui uita ingenua ī beata ciuitate & libera uiximus. Sed ut illa secunda moderate tulimus sic hanc non solum aduersam. Sed funditus euersam fortunā fortiter ferre debemus ut hoc saltem in maximis malis boni cōsequamur: ut mortem quā ēt beati contēnere debeamus ꝓpterea quod nullum sensum esset habitura nunc sic affecti nō modo contēnere debeamus: sed etiā optare. tu si me diligis fruere isto ocio: tibiq; psuade præter culpam & peccatū qua semp caruisti & carebis hōi accidere nihil posse quod sit horribile aut ptimescendū. Ego si uidebitur recte fieri posse ad te breui ueniam. Sed si quid acciderit ut mutandū sit cōsiliū te certiorem faciā statim. Tu fac ita cupidus mei uidendi sis: ut isthinc te ne moueas tā infirma ualitudine: nisi ex me prius quæsieris p lr̄as quid te uelim facere. Me uelim ut facis diligas ualitudiniq; tuæ & tranquillitati animi seruias. Vale

M. T. C. EPISTOLARVM LIBER SESTVS

M. T. C. AuLo Torquato S.d.p.

T si ea pturbatio est omniū rez ut suæ quēq; for
tunæ maxime pœniteat:nemoq; sit qn ubi uis:q̄
ibi ubi est esse malit tamē mihi dubiū non est quī
hoc tempore bono uiro romæ esse miserrimū sit:
nam & si quocunq; in loco quisq; est idem est ei
sensus & eadem acerbitas ex interitu rerū & publi
carū & suarum tamen oculi augent dolorem qui ea quæ cæteri au/
diunt intueri coguntur:nec auertere a miseriis cogitationē sinūt.
Quare & si multarum rerum desiderio te angi necesse est:tamen
illo dolore quo maxime te confici audio quod romæ non sis animū
tuum libera:& si enim cum magna molestia tuos tuaq; desideras ta
men illa quidē quæ reqris suum statum tenēt nec melius si tu ades
ses tenerent:nec sunt in ullo proprio piculo.nec debes tu cum de tu
is cogitas aut præcipuā aliquam fortūam postulare aut cōmunem
recusare.De te autem ipso torquate est tuum sic agitare animo:ut
non adhibeas in consiliū cogitationū tuarum despationē aut timo
rem.Nec enim is qui i te adhuc iiustior q̄ tua dignitas postulabat
fuit non magna signa dedit animi erga te mitigati.nec tamen is
ipse a quo salus petitur habet explicatā aut exploratā rōnē salutis
suæ.Cumq; omniū belloz exitus incerti sint ab altera uictoria tibi
piculum nullum esse pspicio quod qdem seiunctū sit ab omniū in
teritu.ab altera te ipsum nūq̄ timuisse certo scio.Reliquū est ut te
id ipsum quod ego quasi cōsolationis loco pono maxime excrutiet
cōmune piculum reipu.cuius tanti mali q̄uis docti uiri multa di/
cant tamen uereor ne cōsolatio ulla possit uera reperiri præter illā
quæ tanta est:quantū in cuiusq; animo est roboris atque neruorū.
Si enim bene sentire recteq; facere satis est ad bene beateq; uiuēdū
non uereor ne eum qui se optimoz consiliorū consciētia sustētare
possit miserū esse nefas sit dicere.Nec enim uos arbitror uictoriæ
præmiis ductos patriam olim & liberos & fortunas reliquisse:sed
quoddam nobis officium iustum & pium & debitum reipu.nr̄æq;
dignitati uidebatur.qui nec cum id faciebamus tam eramus amē/
tes ut explorata nobis esset uictoria.Quare si id euenit quod īgre
diētibus nobis in causam propositū fuit accidere posse nō debēus
ita cadere aīs quasi aliquid euenerit quod nunq̄ fieri posse putaue
rimus.Simus igitur ea mente quam ratio & ueritas præscribit ut
nihil in uita nobis præstandū præter culpam putemus:eaq; cū ca/
reamus omnia humana placate & moderate feramus.Atq; hæc eo
ptinet oratio ut pditis rebus omnibus tamen ipsa uirtus se susten

tare posse uideatur. Sed si est spes aliqua rebus cōmunibus: ea tu q cunq; status est futurus carere non debes. Atq; hoc mihi scribenti ueniebat in mentem me eum esse cuius tu despatione accusare soli tus es quemq; auctoritate tua cunctantem & diffidentem excitare: Quo qdem tempore non ego causam nostram sed consilium im p/ babam. Sero enim nos his armis aduersari uidebam quæ multo an te confirmata per nos metipsos erant dolebamq; pilis & gladiis nō consiliis neque auctoritatibus nostris de iure publico disceptari ne/ que ego ea quæ facta sunt fore cum dicebam diuinabā futura. Sed quod & fieri posse & exitiosum fore si euenisset uidebam id ne acci deret timebam præsertim cum si mihi alterutrū de aduentu atque exitu rerum promittendū esset id futuꝝ quod euenit exploratius possem ꝓmittere his enī rebus præstabāus quæ non prodeunt ī a/ ciem. Vsu autem armorum & militum robore inferiores eramus. Sed tu illum animum nunc adhibe quæso quo tunc me esse opor/ tere censebas hæc eo scripsi quod mihi philargirius tuus omnia de te reqrenti fidelissimo animo ut mihi qdem uisus est narrauit te interdum sollicitum solere esse uehemētius. quod facere non de/ bes: nec dubitare quin aut aliqua repu. sis futurus qui esse debes aut pdita non afflictiore cōdicione q̄ cæteri. hoc uero tempus quo exanimati omnes & suspensi sumus hoc moderatiore animo ferre debes quod & in ea urbe es ubi nata & alta est ratio & moderatio uitæ. & habes Seruium sulpiciū quem semp unice dilexisti: q te pro fecto & beniuolētia & sapiētia consolat᷑. cuius si essemus & auctori tatem & consiliū secuti togati potius potentiā q̄ armati uictoriam subiissēus. Sed hæc longiora fortasse fuerūt q̄ necesse fuit. Illa quæ maiora sunt breuius exponā. Ego habeo cui plusq̄ tibi debeam ne/ minem qbus tantum debebā q̄tum tu intelligis eos huius mihi bel li casus eripuit. qui sim autem hoc tēpore intelligo: sed quia nemo est tam afflictus qui si nihil aliud studeat. nisi id quod agit nō pos sit nauare aliquid & efficere omne meum consiliū opam studium certe uelim existimes tibi tuisque liberis esse debitum. Vale

M. T. C. Aulo Torquato S. d. p.

Eto a te ne me putes obliuione tui rarius ad te scribere q̄ so/ lebam: sed aut grauitate ualitudinis qua tamen iam paululū uideor leuari: aut quod absim ab urbe ut qui ad te ꝓficiscant᷑ scire non possim. Quare uelim ita statutū habeas me tui memoriā cum

ſumma beniuolētia tenere tuasq; omnis res non minori mihi curæ q̄ meas eſſe Quod maiori in uarietate uerſata eſt adhuc tua cauſa q̄ homines aut uolebant aut opinabantur mihi crede non eſt pro malis temporum quod moleſte feras .Neceſſe eſt enim aut armis urgeri rēp .ſēpiternis aut his poſitis recreari aliquādo:aut fūditus īterire.Si arma ualebūt neq; eos a qbus recepis uereri debes nec e os quos adiuuiſti:ſi armis aut conditiōe poſitis aut defatigatiōe a biectis aut uictoria detractis ciuitas reſp irauerit & dignitate tua frui tibi & fortunis licebit.ſi omnino interierint omnia fueritq; is exitus:quē uir prudētiſſimus M.Antōius iam tum timebat.cū tā tum inſtare malorū ſuſpicabat̃ miſera eſt illa qdem cōſolatio tali præſertim ciui & uiro:ſed tāen neceſſaria nihil eſſe præcipue cuiq̄ dolendū in eo quod accidat uniuerſis.Quæ uis inſit in his paucis uerbis plura enim comittenda epiſtolæ non erant.ſi attendes quod facis ꝑfecto etiam ſine meis litteris ītelliges te aliqd habere quod ſperes.Nihil quod aut hoc aut aliquo reipu.ſtatu timeas.Omnia ſi interierint cum ſupſtitē te eſſe reip.ne ſi liceat qdem uelis ferē/dam eſſe fortunā præſertim quæ abſit a culpa.Sed hæc hactēus.Tu uelim ſcribas ad me quid agas & ubi futurus ſis ut aut quo ſcribā aut quo ueniam ſcire poſſim.Vale

M.T.C.Aulo Torquato S.d.p.

V pioribus litteris bēiuolētia magis adductus q̄ quod res ita poſtularet fui longior.neque enim cōfirmatione noſtra ege/bat uirtus tua neq; erat ea mea cauſa atque fortuna ut cui ipſi oīa deeſſent alterū cōfirmarē.Hoc item tēpore breuior eſſe debeo.ſiue enim nihil tum opus fuit tam multis uerbis nihilo magis nunc o/pus eſt:ſiue tum opus fuit illud ſatis eſt.præſertim cum acceſſerit nihil noui.nam &ſi quottidie aliqd audimus earum reꝝ quas ad te pferri exiſtimo ſumma tamē eadem ē & idem exitus quem ego tā uideo āimo q̄ ea quæ oculis cernimus:nec uero quicq̄ uideo quod non idem te uidere certo ſciam.Nam & ſi quem exitum acies habi tura ſit diuinare nemo poteſt tamen & belli exitū uideo & ſi id mi/nus hoc qdem certe cum ſit neceſſe alterutrū uīcere qualis futura ſit uel hæc uel illa uictoria.idque cum optime pſpexi tale uideo ni hil ut mali uideat̃ futurū ſi uel id ante ceciderit quod uel maximū ad timorem ꝑponitur.ita enim uiuere ut tum ſit uiuendū miſer/rimum eſt.mori autem nemo ſapiens miſerū duxit ne beato qdem·

Sed in ea es urbe in qua hæc uel plura & ornatiora parietes ipſi lo/
qui poſſe uideant̃.Ego tibi hoc cõfirmo & ſi leuis eſt cõſolatio ex
miſeriis aliorum nihilo nunc te maiore in diſcrimĩe eſſe q̃ quẽuis
eorũ qui diſceſſerũt.alteri dimicant alteri uictorẽ timent.Sed hæc
cõſolatio leuis eſt.illa grauior.qua te uti ſpero:ego certe utor.Nec
enim dum ero angar ulla re cum omni uacem culpa & ſi ego non
ero ſenſu õnino carebo.ſed rurſus γλαῦκα εισ ἀθηνασ q̃ ad te hæc
mihi tu tui tua omnia curæ ſunt & dum uiuam erunt.Vale

M.T.C.Aulo Torquato.S.d.p.

Oui quid ad te ſcriberẽ nihil erat & tamẽ ſi qd eſſet ſciebam
te a tuis certiorem fieri ſolere.De rebus autem futuris &ſi
ſemp̄ difficile eſt dicere tamen interdũ coniectura poſſis ꝓpius ac/
cedere cum eſt res huiuſmodi cuius exitus prouideri poſſit.nunc
tantum uidemur intelligere non diuturnũ bellum &ſi id ipſum nõ
nullis uideatur ſecus.Equidẽ cum hæc ſcribebã aliquid iam actum
putabã non quo ego certo ſciam ſed quod difficilius erat cõiectura
Nam cum omnis belli mars cõmunis & cum ſemp̄ incerti exitus
prælioꝶ ſunt tum hoc tempore ita magnæ utrinq; copiæ ita paratæ
ad depugnandũ eſſe dicunt̃ ut utercũq; uicerit non ſit mirum fu/
turũ.Illa indies ſingulos magis magiſq; opinio hominũ confirma
tur etiam ſi inter cauſas armorũ aliquantulũ interſit tamen inter
uictorias non multũ ĩterfutuꝶ.Alteros propemodũ iã ſumus expti
de altero nemo ẽ qui cogitet cum ſit metuẽdus iratus uictor arma
tus.Hoc loco ſi uideor augere dolorem tuum quẽ cõſolãdo leuare
debeam fateor me cõmuniũ maloꝶ cõſolationem nullam inuenire
præter illam quæ tamẽ ſi poſſis eam ſuſcipere maxima ẽ:quaq; ego
quottidie magis utor cõſciẽtiã recte uolũtatis maximã cõſolationẽ
eſſe rerũ incõmodarũ:nec eſſe ullũ magnũ malũ præter culpã:a qua
quãdo tãtũ abſũus ut ẽt optime ſenſerimus euẽtuſq; magis noſtri
conſilii q̃ conſiliũ repræhendat̃ & quando præſtitimus quod debui
mus moderate quod euenit feramus.Sed hoc mihi tamẽ nõ ſumo
ut te cõſoler de cõmũibus miſeriis:quæ ad cõſolãdũ maioris ĩgenii
& ad ferẽdũ ſingularis uirtutis ĩdigent.Illud cui uis facile ẽ docere
cur præcipue tu dolere nihil debeas.Eius enim qui tardior in te le
uando fuit q̃ fore putaremus non ẽ mihi dubia de tua ſalute ſẽten
tia.De illis autem nõ arbitror te expectare quid ſentiam Reliquũ
eſt ut te angat quod abſis a tuis tam diu res moleſta præſertim ab

his pueris qbus nihil potest esse festiuius. Sed ut ad te scripsi ãtea tempus est huiusmodi ut suam qsque conditionẽ miserrimã putet & ubi qsque sit ibi minime esse uelit. Equidẽ nos quod romæ sũus miserrimũ esse duco non solum quod in malis omnibus acerbius est uidere q̃ audire. Sed etiam quod ad omnes casus subitoꝝ picu/lorum magis obiecti sumus q̃ si abessemus: & si me ipsum consola torem tuum non tantum litteræ qbus semp studui quantũ lõginq tas temporis mitigauit quanto fuerim dolore mẽinisti. in quo pri ma illa consolatio est uidisse me priusq̃ cæteros cum cupiebã q̃uis iniqua conditione pacem. quod & si casu non diuinatiõe mea factũ est tamen in hac inani prudẽtiæ laude delector. Deinde quod mihi ad consolationẽ cõmune tecũ est si iam uocer ad exitum uitæ nõ ab ea repu. auellar qua carendũ esse doleam præsertim cum id sine ul lo sensu futurũ sit. Adiuuat me ætas & acta iam uita quæ cũ cursu suo bene confecto delectat᷑. tum uetat in eo uim timere quo nos iã natura ipsa pene pduxerit. Postreo is uir uel etiam hi uiri hoc bel lo occiderũt ut impudẽtia uideatur eandem fortunã si res cogat re cusare. Eqdem mihi omnia ꝓpono nec ullum est tantũ malũ quod non putem impendere. Sed cum in metuendo plus mali sit q̃ in eo ipso quod timetur desino. præsertim cum impendeat id in quo nõ modo dolor nullus uerum finis etiam doloris futurus sit. Sed hæc satis multa uel plura potius q̃ necesse fuit. facit autem non loqua citas mea sed bẽiuolentia lõgiores epistolas. Seruiũ discessisse Athe nis moleste tuli. Non enim dubito quin magnæ tibi leuationi soli/tus sit esse quottidiãus congressus & sermo tum fãiliarissimi hoĩs tum optimi & prudẽtissimi uiri. Tu uelim te ut debes & soles tua uirtute sustentes. ego quæ te uelle queq; ad te & ad tuos ptinere ar bitrabor omnia studiose diligenterq; curabo: quæ cum faciam bẽi uolentiã tuam erga me imitabor merita non assequar. Vale

M. T. C. Aulo Cecinæ S.d.p.

Votienscũq; filium tuum uideo. uideo autem fere quottidie polliceor ei studium quidem meum & opam sine ulla excepti one aut laboris aut occupatiõis aut tẽporis gratiam autem atque auctoritatẽ cum hac exceptione quantũ ualeam quãtũq; possim. li/ber tuus & lectus est & legitur a me diligenter & custodit᷑ diligẽtis sime. res & fortunæ tuæ mihi maxime curæ sunt: quæ qdem quotti die fæliciores mihi & meliores uidẽtur: multisq; uideo magnæ esse

curæ:quorũ de ſtudio & de ſua ſpe filium ad te ſcripſiſſe certo ſcio
his autem de rebus quas coniectura conſeq poſſumus non mihi ſũ
mo ut plus ipſe ꝓſpiciam q̃ te uidere & ĩtelligere mihi pſuaſerim
Sed tamen quia fieri poteſt ut tu ea pturbatiore animo cogites pu
to eſſe meum quid ſentiã exponere.ea natura rerum eſt & is tẽpoꝝ
curſus ut non poſſit iſta aut tibi aut cæteris fortuna eſſe diuturna
neque hærere ĩ tam bona cauſa & tam bonis ciuibus tam acerba in/
iuria.Quare ad eam ſpem quam extra ordinem de te ipſo habemus
non ſolum ꝓter dignitatẽ & uirtutẽ tuam hæc enim ornamẽta ſunt
tibi etiam cum aliis coĩa.Accedunt tua præcipua proter eximiũ in
genium ſũmamq; uirtutem cui me hercule hic cuius in poteſtate
ſumus multum tribuit.Itaque ne punctũ quidẽ temporis ĩ iſta for
tuna fuiſſes niſi eo ipſo bono tuo quo delectať ſe uiolatum putaſ/
ſet.quod ipſum lenitur quottidie ſignificaturq; nobis ab his qui ſi
mul cum eo uiuunt tibi hanc ipſam opinionẽ ingenii apud illũ plu
rimum ꝓfuturã.Quaproter primum fac animo forti atque ma/
gno ſis.ita enim natus ita educatus.ita doctus es.ita etiã cognitus
ut tibi id faciendũ ſit.Deinde ſpem quoq; habeas firmiſſimã ꝓter
eas cauſas quas ſcripſi.A me uero tibi omnia liberisq; tuis paratiſ
ſima eſſe confidas uelim.id enim & uetuſtas noſtri amoris & mea
conſuetudo in meos & tua multa erga me officia poſtulãt.Vale

M.T.C.Aulo Cecinæ S.d.p.

Ereor ne deſideres officiũ meum quod tibi pro noſtra & me/
ritorũ multorũ & ſtudioꝝ partium cõiunctione deeſſe nõ de
bet:ſed tamen uereor ne litteraꝝ a me officium reqras quas tibi eẽ
pridem miſiſſem niſi quottidie melius expectãs gratulationẽ q̃ con
firmationẽ animi tui complecti litteris maluiſſẽ.Nũc ut ſpo breui
gratulabimur.Itaq; in aliud tempus id argumentũ epiſtolæ differo
his autem litteris animũ tuum quẽ minime imbecillẽ eſſe & audio
& ſpo & ſi nõ ſapientiſſimi at amiciſſimi hominis auctoritate con/
firmandũ etiã atq; etiã puto nec his quidẽ uerbis quibus te cõſoler
ut afflictũ & iã õni ſpe ſalutis orbatũ ſed ut eũ de cuius incolumi
tate non plus dubitem q̃ te mẽini dubitare de mea.Nam cum me
ex re pu.expuliſſent hi qui illã cadere poſſe ſtante me nõ putarunt
memini me ex multis hoſpitibus qui ad me ex Aſia ĩ qua tu eras
uenerant audire te de glorioſo & celeri reditu meo confirmare.Si
te ratio quædam uetuſtate diſciplinæ qua a patre nobiliſſimo atq;

optimo uiro accepas non fefellit ne nos qdem nostra diuinatio fal
let quantū sapiētissimoꝝ uirorū monimētis atque præceptis pluri
moq;:ut tu scis:doctrinæ studio tum magno etiam usu tractandæ
reipu. magnaq; nostroꝝ tēpoꝝ uarietate consecuti sumus.cui qdē
diuinationi hoc plus confidimus quod ea nos nihil in his tam ob/
scuris rebus tamq; pturbatis unq̄ omnino fefellit.Dicerem quæ an
te futura dixissem ni uererer ne ex euentis fingere uiderer. Sed
tamen plurimi sunt testes.me & initio ne coniūgeret se cum cæsare
monuisse pompeiū & postea ne seiungeret.cōiunctione frangi sēa
tus opes disiunctiōe ciuile bellum excitari uidebam:atque utebar
familiarissime cæsare Pompeiū faciebam plurimi:sed erat meū cō/
silium tum fidele Pompeio tum salutare utriq;:quæ præterea ꝓui/
derim prætereo.Nolo enim hunc optime de me meritū existimare
ea me suasisse Pompeio qbus ille si paruisset esset hic qdem clarus
in toga & princeps:sed tantas opes quantas nunc habet non hēret
Eundem in hispaniā censui quod si fecisset ciuile bellum nullū oīo
fuisset.rationem haberi absentis non tam pugnaui ut liceret quam
ut qūo ipso consule pugnante populus iusserat haberetᷣ.Causa bel/
li orta est:quid ego prætermisi aut mōitoꝝ aut querelarū:cum uel
iniquissimā pacem iustissimo bello anteferrē uicta ē auctoritas mea
non tam a Pompeio:nā is mouebatᷣ.quam ab his qui duce Pōpe/
io freti ꝓpportunā & rebus domesticis & cupiditatibus suis illi/
us belli uictoriā fore putabant.Susceptū bellum est qescēte me de
pulsum ex italia manēte me quoad potui.sed ualuit apud me plus
pudor meus q̄ timor.ueritus sum deesse saluti Pompeii cum ille a
liquando non defuisset meæ.Itaque uel officio uel fama bonoꝝ uel
pudore uictus ut in fabulis amphiaraus sic ego prudens & sciēs ad
pestem āte oculos positam sum ꝓfectus quo in bello nihil aduersi
accidit non prædicēte me.Quare quomodo ut augures & astrologi
solēt ego quoq; augur publicus ex meis supioribus prædictis cōsti
tui apud te auctoritatē augurii & diuinatiōis meæ debet habere fi
dem nostra prædictio.Non igitur ex alitis uolatu nec e cantu sinis/
tro oscinis ut in nostra disciplina ē nec ex tripudiis solistimis aut
sōniis tibi auguror sed hēo alia signa quæ obseruē:quæ &si nō sūt
certiora illis mīus tamē habēt uel obscuritatis uel erroris.Notantᷣ
autem mihi ad diuinādū signa duplici quadam uia.quaꝝ alteram
duco a Cæsare ipso alteram ex tempoꝝ ciuilium natura atq; ratione
In Cæsare hæc sunt mitis clemēsq; natura qualis exprimitᷣ præcla/
ro illo libro querelaꝝ tuarum.Accedit quod mirifice ingeniis excel

lentibus quale eſt tuum delectat̃.Præterea cedit multorũ iuſtis & officio incenſis non inanibus aut ambitioſis uoluntatibus:in quo uehementer eum conſentiens etruria mouebit.cur hæc igit̃ adhuc parũ profecerunt:quia non putat ſe ſuſtinere cauſas poſſe multoꝝ ſi tibi cui iuſtus uidetur iraſci poſſe conceſſerit quæ eſt igitur inq es ſpes ab irato:eodem fonte ſe hauſtuꝝ ĩtelligit laudes ſuas æquo ſit leuiter aſpſus.Poſtremo homo eſt ualde acutus & multum pro uidēs intelligit te hominē in parte italiæ minime contēnenda facile omniũ nobiliſſimũ & in cõmuni repu.cuius ſũmorum tuæ ætatis uel ingenio uel gratia uel fama populi romani parem non poſſe ꝓ hibere repu.diutius.Nollet hoc temporis potius eſſe aliquãdo bene ficium q̃ iam ſuum.Dixi de Cæſare.Nunc dicam de tempoꝝ reꝝq; natura:nemo eſt tam inimicus ei cauſæ q̃ Pompeius animatus me lius q̃ paratus ſuſcepat q nos malos ciues dicere aut hõines ĩꝓbos audeat in quo admirari ſoleo grauitatē & iuſticiã & ſapientiã cæſa ris nunq̃ niſi honorificētiſſime Pompeiũ appellat.At in eius pſona multa fecit aſpius:armoꝝ iſta & uictoriæ ſunt facta nõ Cæſaris.At nos quēadmodũ eſt cõplexus.Caſſiũ ſibi legauit.Brutum galiæ præ fecit.Sulpiciũ Græciæ.Marcellum cui maxime ſuccēſebat cũ ſũma illius dignitate reſtituit.Quo igitur hæc ſpectant:Rerum hæc na/ tura & ciuilium tempoꝝ non patietur nec manens nec muta ratio feret primum ut non in cauſa pari eadem ſit & cõditio & fortuna omniũ Deinde ut ĩ eam ciuitatē boni uiri & boni ciues nulla igno minia notati non reuertant̃.Inquam tot nefarioꝝ ſceleꝝ condēnati reuerterũt.Habes auguriũ meum quo ſi quid addubitarē non poti us uterer quam illa cõſolatione qua facile fortem uirum ſuſtētarē Te ſi explorata uictoria arma ſumpſiſſes ꝓ repu.Ita enim tum pu tabas non nimis eſſe laudandũ.ſin propter incertos exitus euētuſq; belloꝝ poſſe accidere ut uinceremur putaſſes non debere te ad ſecũ dam fortunã bene paratum fuiſſe aduerſam ferre nullo modo poſ ſe.diſputarem etiam quanto ſolatio tibi conſciētia facti tui quantæ ue in rebus aduerſis delectationi litteræ eſſe deberent.Cõmemora/ rē non ſolum ueterum ſed etiam horum recentium uel ducum uel comitum tuorum grauiſſimos caſus.etiam externos multos claros uiros nominarem.leuat enim dolorem cõmunis quaſi legis & hũa/ næ cõditionis recordatio.Exponerem etiam quemadmodum hic & quanta in turba quãtaq; confuſione rerum omnium uiueremus. Neceſſe eſt enim minore deſiderio perdita republica carere quam bona.Sed hoc genere nihil opus eſt:incolumē te cito ut ſpero uel

potius ut pſpicio uidebimus. Interea tibi abſenti & huic qui adeſt imagini animi & corporis tui cõſtãtiſſimo atque optimo filio tuo ſtudium officium operam laborem meum iam pridẽ & pollicitus ſum & detuli. Nunc hoc amplius quod me ãiciſſime quottidie ma/gis Cæſar amplectitur fãiliares qdem eius ſicuti nemĩnẽ. apud quẽ quicqd ualebo uel auctoritate uel gratia ualebo tibi. Tu cura ut cũ firmitudine animi te tum etiam ſpe optima ſuſtentes. Vale

Aulus Cecina M. T. C. S. d. p.

Vod tibi non tã celeriter liber ẽ redditus ignoſce tĩori nr̃o & miſerere tẽporis. Filius ut audio ptimuit. neq; ĩiuria. ſi liber exiſſet quando non tam intereſt quo ãimo ſcribat̃ q̃ quo accipiat̃ ne ea res ĩepte mihi noceret cum præſertim adhuc ſtilli pœnas dẽ qua qdem in re ſingulari ſum fato. Nam cum emẽdandũ ſcripturæ litura tollatur. ſtulticia fama mulctetur meus error exilio corrigit̃ cuius ſũma criminis eſt quod armatus aduerſario maledixi. Nemo noſtrũ eſt ut opĩor quin uota uictoriæ ſuæ fecerit. nemo qn etiam cum de alia re ĩmolaret tum eo qdem ipſo tempore ut q̃primũ Cæſar ſuparetur optaret. Hoc ſi non cogitat omnibus in rebus fœlix eſt ſi ſcit & pſuaſus eſt. quid iraſcitur ei qui aliquid ſcripſit cõtra ſnam uoluntatẽ? cum ignorit omnibus q multa deos uenerati ſunt cõtra ſalutem eius. Sed ut eodem reuertar cauſa hæc fuit timoris Scripſi de te parce mediusfidius & timide non reuocatus me ipſe ſed pene refugiens. Genus autem hoc ſcripturæ non modo liberũ: ſed incitatũ atque latum eſſe debere quis ignorat? Solutum exiſtĩatur eſſe alteri maledicere. tamen cauendũ eſt in petulantiã incidas. Impeditũ eſt ſe ipſum laudare ne uitium arrogantiæ ſequatur. ſo/lum uero liberum alterum laudare de quo quicqd detrahas neceſſe eſt aut infirmitati aut inuidiæ aſſignetur. ac neſcio an tibi gratius opportuniusq; acciderit. Nam quod præclare facere non poteram primum erat non attingere ſecundũ beneficiũ q̃parciſſime facere. Sed tamen ego me ſuſtinui. multa minui. multa ſuſtuli cõplura ne poſui qdem. quẽadmodũ igitur ſcalaꝝ gradus ſi alios tollas alios ĩcidas nõnullos malehærẽtes relinquas ruinæ piculũ ſtruas non aſcẽſum pares ſic tot malis tum uinctũ tum fractũ ſtudium ſcribendi quid dignum auribus aut probabile poteſt afferre? cum uero ad ipſius Cæſaris nomen ueni toto corpore cõtremiſco non pœnæ metu ſed illius iudicii. Totum enim Cæſarem non noui. quẽ putas ãimũ

esse ubi secum loquetur?Hoc ꝓbabit hoc uerbum suspiciosū est.qd si hoc mitto At uereor ne peius sit.Ego uero laudo aliquē non of/fēdo cum porro offēdā.Quid si nō uult.armati stilū ꝑsequit᷑ uicti & nūdum restituti quid faciet?auges etiam tu mihi timorem qui ī oratore tuo caues tibi per brutum & ad excusationē sociū quæris Vbi hoc omniū patronus facit quid me ueterem tuum nunc oīum clientem sentire oportet?In hac igit᷑ calumnia timoris & cæcæ suspicionis tormento cum plurima ad alieni sensus coniecturā nō ad suum iudicium scribantur quam difficile sit euadere si minus expertus es quod te ad omnia sūmum atque excellens ingeniū armauit nos sentimus:sed tamen ego filio dixeram librum tibi legeret & auferret aut ea conditione daret si reciperes correctuꝝ.Hoc est si totum alium faceres.De asiatico itinere quāq̄ sūma necesitas premebat ut impasti feci.Te pro me quid horter?Vides tēpus uēisse quo necesse sit de nobis constitui.Nihil est mi Cicero quod filium meū expectes adolescēs est omnia excogitare uel studio uel ætate uel me tu non potest totum negociū sustineas oportet.in te mihi oīs spes est tu pro tua prudētia q̄bus rebus gaudeat q̄bus capiatur Cæsar tenes a te omnia ꝓficiscant᷑ & per te ad exitum ꝑducantur necesse est apud ipsum multum apud eius omnes plurimū potes.Vnum tibi si ꝑsuaseris nō hoc esse tui muneris si quid rogatus fueris ut facias quanq̄ id magnum & amplum est.Sed totum tuum esse onus ꝑficies.nisi forte aut in miseria nimis stulte aut in amicicia nimis īpudēter tibi onus īpono.Sed utriq; rei excusationē cōsuetudo tuæ uitæ dat.Nam quod ita cōsueuisti pro amicis laborare non iam sic sperant abs te sed etiam sic imperāt tibi familiares.Quod ad librū attinet quem tibi filius dabit peto a te ne exeat aut ita corrigas ne mihi noceat.vale

M . T . C . Aulo Cecinæ S.d.p.

Vm esset mecum Largus homo tui studiosus locutus kl.ianuarias tibi præfinitas esse quod omnibus in rebus ꝑspexeram quæ balbus & oppius absente Cæsare egissent ea solere illi rata esse Egi uæheemnter cū his ut hoc mihi darent tibi in sicilia quoad uellemus esse uti liceret:qui mihi cōsueuissent aut libenter polliceri si quid esset eiusmodi quod eorum animos non offenderet aut etiam negare & afferre rōnem cur negarent huic meæ rogatiōi potius nō continuo respōderunt.Eodē die tamen ad me reuerterūt.mihi hoc dederunt ut esses in gallia quodad uelles se præstaturos nihil ex eo

te offensionis habituꝶ:Quando quid tibi ꝓmittatꝰ cognouisti quid mihi placeat puto te scire oportere.Actis his rebus litteræ a te mi/ hi redditæ sunt quibus a me consiliũ petis quo sim tibi auctor in si cilia ne subsidas an ut ad reliquas asiaticæ negociaciõis ꝓficiscare Hæc tua deliberatio non mihi conuenire uisa est cum oratione Lar gi.Ille enim mecum quasi tibi non liceret ĩ Sicilia diutius cõmora ri ita locutus erat.Tu autem quasi concessũ sit ita deliberas.Sed e/ go siue hoc siue illud est in Sicilia censeo cõmorandũ.Propinqtas locoꝶ uel ad inpetrandũ adiuuat crebris litteris & nũciis uel ad re/ ditus celeritatem re aut impetrata aut quod spero aliqua ratione confecta.Quãobrẽ censeo magno opere cõmorandũ.Tito furfano postumio fãiliari meo legatisq; eius item meis fãiliaribus diligentis sime te cõmendo cum uenerint.Erant enim oẽs Mutinæ uiri sunt optimi & tui similiũ studiosi & mei necessarii.Quæ mihi ueniet in mentem quæ ad te ꝑtinere arbitrabor ea mea sponte faciam.si qd ignorabo de eo admonitus omniũ studia uincam.Ego & si corã de te cum Furfano ita loquar ut tibi litteris meis ad eum nihil opus sit tamen quando tuis placuit te habere litteras meas quas ei redde res morem his gessi earum lr̃aꝶ exemplũ infrascriptum est.Vale

M . T . C . Ticio Furfano S.d.p.

Vm Aulo cecina tanta mihi fãiliaritas consuetudo que semꝑ fuit ut nulla maior esse possit.Nam & patre eius claro hoĩe & forti uiro plurimũ usi sumus & hunc a puero quod & spem mi hi magnam afferebat sũmæ ꝓbitatis sũmæq; eloquẽtiæ & uiuebat mecum cõiunctissime nõ solum officiis amiciciæ:sed etiam studiis comũibus sic semꝑ dilexi ut nullo cum hoĩe coniũctius uiuerẽ.Ni/ hil attinet me plura scribere quod mihi necesse est eius salutem & fortũas qbuscunq; rebus possim tueri ut uides.Reliquũ est ut cũ cognouerim pluribus rebus quid tu & de bonoꝶ fortuna & de rei/ pu.calamitatibus sẽtires.Nihil a te petam nisi ut ad eam uolũtatẽ quam tua sponte erga Cecinam habiturus esses tantus cumulus ac cedat cõmendatiõe mea quãti me a te ĩtelligo fieri.Hoc mihi gra/ tius facere nihil potes.vale

M . T . C . Trebiano S.d.p.

Go quanti te faciam sempq; fecerim quanti me a te fieri in tellexerim sum mihi ipse testis.Nam & cõsiliũ tuũ uel casus

potius diutius in armis ciuilibus cõmorandi semper mihi magno dolori fuit:& hic euentus quod tardius q̃ est æquum & q̃ ego uellē recepis fortunam & dignitatem tuam mihi non minori curæ est q̃ semp tibi fuerũt casus mei. Itaque & postumuléo & Sextio & sæpissime Attico nostro. proximeq; teudæ liberto tuo totum me patefeci & hæc his singulis sæpe dixi quacũq; re possē me tibi & liberis tuis satisfacere cupere. Idq; tu ad tuos uelī scribas Hæc qdē certe quæ ĩ pote mea sũt. ut opā cõsiliũ rē fidē meā sibi ad õnes res paratā putent. Si auctoritate & gratia tantũ possem quãtũ in ea rep. de qua ita meritus sum posse deberem. tu quoq; is esses qui fuisti cũ omni gradu amplissimo dignissimus tum certe ordinis tui facile prĩceps Sed quãdo eodem tēpore eademq; de causa nostrũ uterque cecidit tibi & illa polliceor quæ suprascripsi quæ sunt adhuc mea & ea que præterea mihi uideor ex aliqua parte retinere tanq̃ ex reliquiis pristinæ dignitatis. Neque enim ipse Cæsar ut multis rebus intelligere potui est alienus a nobis:& omnes fere fãiliarissimi eius quasi deuincti meis magnis & ueteribus officiis me diligenter obseruãt & colunt. Itaque si quis mihi erit aditus de tuis fortunis i. de tua ĩcolumitate in qua sunt omnia agenda quod quidem quottidie magis ex eorum sermõibus adducor ut spem Agam p me ipse & moliar. Singula psequi non est necesse uniuersũ studium meum & beniuolentiam ad te defero:sed magni mea interest hoc tuos omnis scire quod tuis litteris fieri potest ut intelligant omnia Cicerõis patere Trebiano. hoc eo pertinet ut nihil existimēt esse tam dificile quod non pro te mihi susceptũ iocundũ sit futurũ:antea ad te scripsissē si genus scribendi inuenirem. tali enim tempore aut consolari amicorum est aut polliceri. consolatiõe non utebar quod ex multis audiebam q̃fortiter sapienterq; ferres iniuriā tēpoꝝ quamq; te uæhementer consolaret̃ cõsciētia factoꝝ & consilioꝝ tuoꝝ. quod qdem si facis magnum fructum studioꝝ optimoꝝ capis. in qbus semper scio te esse uersatum. idq; ut facias etĩ atq; etĩ te hortor:simul & illud tibi homini pitissimo rerum & exēplorum & omnis uetustatis ne ipse quidē rudis sed ĩ studio minus fortasse q̃ uellem & in rebus atq; usu plus etiam q̃ uellē uersatus spondeo istam tibi acerbitatē & iniuriā non diuturnā fore. Nam & ipse qui plurimũ potes quottidie mihi delabi ad æquitatem & ad rerum natnrā uidetur. & ipsa causa ea est ut iam simul cum repu. quæ in ppetuum iacere nõ potest necessario reuiuiscat atq; recreet̃:quottidieq; alquid fit leuius atq; liberalius q̃ timebamus quæ quando in tēporũ inclinatiõibus

ſæpe paruis poſita ſunt omnia momenta obſeruabimus neque ullũ pretermittẽus tui iuuandi aut leuandi locum. Itaque illud alterum quod dixi litteraꝝ genus quottidie mihi ut ſpero fiet ꝑcliuius ut etiam polliceri poſſim. Id re q̃ uerbis faciam libẽtius. Tu uelim exiſtimes & plures te amicos habere quam qui in iſto caſu ſint ac fuerint quantũ qdem intelligere potuerim & me concedere eoꝝ nemini. fortem fac animũ habeas atque magnũ quod eſt in uno te. quæ ſunt in fortuna tẽporibus regentur & cõſiliis nr̃is ꝓuidebũt̃. vale

M. T. C. Trebiano S.d.p.

Olobellam antea tantũmodo diligebam. obligatus ei nihil erã nec enim acciderat mihi opus eſſe & ille mihi debebat quod non defueram eius ꝑiculis. Nunc tanto ſum deuinctus eius beneficio quod & antea in re & hoc tẽpore in ſalute tua cũulatiſſime mihi ſatisfecit ut nemini plus debeam qua in re tibi gratulor ita uehementer ut te quoq; mihi gratulari quam gratias agere malim alterũ omnĩo non deſidero alterũ uere facere poteris. Quod reliquũ eſt quando tibi uirtus & dignitas tua reditum ad tuos apuit ẽ tuæ ſapiẽtiæ magnitudiniſq; animi quid amiſeris obliuiſci quid recuparis cogitare. Viues cum tuis. uiues nobiſcum. plus adqſiſti dignitatis q̃ amiſiſti rei fãiliaris. quæ tamẽ ipſa eſſet iocũdior ſi ulla res eſſet publica. Neſtorius nr̃ fãiliaris ad me ſcripſit te mihi maxĩas gratias agere. Hæc prædicatio tua mihi ualde grata eſt. eaq; uti te facile patior cum apud alios tum me hercle apud Sironem noſtrũ amicum. quæ enim fecimus prudẽtiſſimo cuiq; maxime probata eſſe uolumus te cupio uidere quamprimum. Vale

M. T. C. Ti. Ampio S.d.p.

Ratulor tibi mi Balbe uereque gratulor. nec ſum tam ſtultuſ ut te uſura falſi gaudii frui uelim deinde frangi repẽte atq; ita cadere ut nulla res te ad æquitatem animi poſſit extollere. Egi cauſam tuam apertius quam mea tempora ferebant. Vincebat̃ enĩ fortuna ipſa debilitatæ gratiæ noſtræ tui caritate & meo ꝑpetuo erga te amore culto a te diligẽtiſſime. omnia promiſſa cõfirmata certa & rata ſunt quæ ad reditum & ad ſalutem tuam ꝑtinent. uidi cognoui interfui & enim omnes Cæſaris fãiliares ſatis opportune habeo ĩplicatos cõſuetudine & beniuolẽtia ſic ut cũ ab illo diſceſſerint

me habeāt ꝓximum.Hoc Pansa hircius Balbus oppius Macius po stumius plane ita faciunt ut me unice diligant.Quod si mihi p me efficiendū fuisset non me pœniteret pro ratione tempoꝝ ita esse mo litum.Sed nihil est a me īseruitū tēporis causa.ueteres mihi neces/ situdines cum his omnibus intercedūt qbus cum ego agere de te non destiti.principem tamen hūimus Pansam tui studiosissimum mei cupidum qui ualeret apud illum non minus auctoritate q̃ grā Cymber autē Tullius mihi plane satisfecit.ualent tamen apud Cæ sarem non tam ambitiosæ rogationes quam necessariæ quas quia Cymber habebat plus ualuit quam ꝓ ullo alio ualere potuisset.Di ploma statim non est datum quod mirifica est improbitas īquibus dam qui tulissent acerbius ueniam tibi dari quem illi appellāt tubā belli ciuilis.multaq; ita dicunt quasi non gaudeant id bellum inci/ disse.Quare uisum est occultius agendū neque ullo modo diuulgā dum de te iam esse ꝑfectum.Sed id erit ꝑbreui.nec dubito quin le gente te has litteras iam res confecta futura sit.Pansa mihi qdem gratus homo & certus nō solum cōfirmauit uerum etiam recepit ꝑceleriter se ablatuꝝ diploma.mihi tamen placuit hæc ad te ꝑscri/ bi.minus enim te firmū sermo epuliæ tuæ lacrimæq; ampiæ decla rabāt q̃ significant tuæ litteræ.atque illæ arbitrabant̃ cum a te a/ bessent ipsæ multo te ī grauiore cura futuꝝ.Quare magno opere putaui angoris & doloris tui leuandi causa pro certis ea ad te quæ essent certa ꝑscribi.Scis me ātea sic solitum esse scribere ad te ma gis ut cōsolarer fortem uirum atque sapientem q̃ ut explicatā spē salutis ostenderē nisi eam quam ab ipsa repu.cum hic ardor extin ctus esset sperari oportere censerem.Recordare tuas litteras qbus & magnum animū mihi semp ostēdisti & ad omnes casus ferēdos cōstantem ac paratum.quod ego non mirabar.cum recordarer te & a primis tēporibus ætatis in repu.esse uersatū & tuos magistra/ tus in ipsa discrimina incidisse salutis fortunaꝝq; coīum & in hoc ipsum bellum ingressum non solum uti uictor beatus:sed etiā ut(si ita accidisset)uictus ut sapiens esses.deinde cum studium tuū cōsu mas in uirorū fortium factis memoriæ prodēdis cōsiderare debes nihil tibi esse cōmittendū.Quāobrem eorū quos laudas te cōsimil/ lem præbeas.Sed hæc oratio magis esset apta ad illa tempora quæ iam effugisti.Nnnc uero tantum te para ad hæc nobiscum ferenda qbus ego si quam medicinā inuenirē tibi quoq; eandem traderem Sed est unum perfugiū doctrina ac litteræ quibus semp usi sumus quæ sediminis rebus delectationē modo habere uidebant̃ nūc uero

ẽt salutem.Sed ut ad initium reuertar caue dubites quĩ omnia de salute ac reditu tuo perfecta sint.Vale

M.T.C.q.Ligario S.d.p.

animi etiam relaxatio uel ipſa fortaſſe iam ſeneſcentis morbi remiſ ſio profuiſſe. Attamen ne mirere unde hoc acciderit: quomodo ue commiſerim lex ſumptuaria quae uidetur λιτότητα attuliſſe ea mihi fraudi fuit. Nam dum iſti lauti uolūt terra nata quæ lege ex cepta ſunt in honorem adducere fūgos: heluelas herbas omnes ita condiunt ut nihil poſſit eſſe ſuauius. In eas cum incidiſſem in cena augurali apud Lentulum tanta me διάρροια arripuit ut hodie pri mum uidear cœpiſſe conſiſtere. Itaque ego qui me oſtreis & murę nis facile abſtiebam a beta etiam & malua deceptus ſum. Poſt hac igitur erimus cautiores. Tu tamē cum audiſſes ab Anitio: uidit enī me nauſeantem non modo mittendi cauſam iuſtam habuiſti: ſed etī uiſēdi ego hic cogito cōmorari: quoad me reficiā nā & uires & cor/ pus amiſi. Sed ſi morbū depulero facile ut ſpo illa reuocabo. Vale

M. T. C. M. Fabio Gallo S.d.p.

Iror cur me acuſes: cum id tibi facere non liceat: quod ſi lice ret tamen non debebas. Ego enim te in cōſulatu obſeruaram & ais fore ut te Cæſar reſtituat. Multa tu quidem dicis: ſed tibi ne mo credit. Tribunatum plebei dicis te mea cauſa petiſſe. utinā ſemp eſſes tribunus: interceſſorem non quæreres. Negas me audere dice re quod ſentiam quaſi tibi cum parum impudēter me rogares pa/ rum fortiter reſponderim Hæc tibi ſcripſi ut iſto ipſo in genere in quo aliquid poſſe uis te nihil eſſe cognoſceres. Quod ſi humaniter eſſes queſtus mecum libenter tibi me & facile purgaſſem. Non enī ingrata mihi ſunt quæ feciſti: ſed quæ ſcripſiſti moleſta me autem proprer quem ceteri liberi ſunt: tibi liberum non uiſum demiror. Nam ſi falſa fuerunt que tu ad me ut ais detuliſti quid tibi ego de beo: ſi uera tu es optimus teſtis mihi. P.R. debeat. Vale

M. T. C. Curio S.d.p.

Emini ꝙ mihi deſipere uidebare: ꝙ cum iſtis potius uiueres quam nobiſcum. Erat eīm multo domicilium huius urbis: cū quidem hæc urbs aptius humanitati & ſuauitati tuæ quam tota pe

loponesus:nedum patharea.Nunc contra & uidisse mihi multum
uideris cum prope desperatis his rebus te in græciam contulisti:&
hoc tempore non solum sapiens qui hinc absis:sed etiā beatus quā/
quam quis qui aliquid sapiat potest nunc esse beatus:sed quod tu
cui licebat pedibus es consecutus ut ibi esses ubi nec pelopidarum
nosti cætera nos idem prope modum consequimur alia ratione.Cū
enim salutatiōi nos dedimus amicorum quæ fit hoc etiam frequē/
tius quam solebat quod quasi auem albam uidentur bene sentiētē
ciuem uidere:abdo me in bibliothecam.Itaque opera officio tanta
quanta fortasse tu senties.intellexi enim ex tuo sermone quodam
cum mæstitiam meam & desperationem accusares domi tuæ dicere
ex meis libris animū meū desyderare.Sed me hercule & tū rempu.
lugebā quae non solum suis erga me:sed etiam meis erga se bene
ficiis erat mihi carior:& hoc tempore quanquam me non ratio so
lum cōsolatur que plurimum debet ualere:sed etiam dies quæ stul
tis etiam mederi solet:tamen doleo ita communem rem esse dilap
sam ut ne spes quidem melius aliquando fore relīquatur.Nec ue/
ro nunc quidem culpa in eo est:in cuius potestate omnia sunt nisi
forte id ipsum esse nō debuit:sed alia causa alia etiam nostra culpa
sic acciderunt ut de praeteritis non sit querēdum.Reliquam spem
nullam uideo quare ad primam redeo.Sapienter reliquisti hæc si
consilio:feliciter si casu.Vale

Curius M . T . Ciceroni S.d.p.

I uales bene est.Sum Χρήσει μεν tuus κτήσει δε Attici nr̄i.
Ergo fructus est tuus mancipium illius.Quod quidem si in
ter uos senes cœncionales uenale proscripserit egerit non multum
At illa nostra prædicatio quanti est:nos ꝙ simus ꝙ habeamus ꝙ ho
mines existimemur:id omne abs te habere.Quare Cicero mi perse
uera constanter nos conseruare:& Sulpitio successori nos de melio
ri nota commenda quo facilius tuis præceptis obtemperare possi/
mus teque ad uer lubentes uidere & nostra defigere:deportareq;
tuto possimus:sed amice magne noli hanc epistolam Attico osten
dere sine eum errare & putare me bōum uirum esse nec solere du
os parietes de eadem fidelia dealbare.Ego patrone mi bene uale.
Tyronemque meum saluta nostris uerbis

M . T . C . Curio S.d.p.

Go uero iam te nec hortor nec rogo ut domum redeas:quin hinc ipſe euolare cupio & aliquo peruenire:ubi nec pelopidarum nomen nec facta audiam ĩcredibile eſt quam turpiter mihi facere uidear:qui his rebus interſim ne tu uideris multo ante prouidiſſe quid impenderet tum cum hinc profugiſti quanquam hæc etiam auditu acerba ſunt tamẽ hæc audire tolerabilius eſt q̃ uidere In cãpo certe nõ fuiſti cum hora ſecũda comitiis quæſtoris inſtitutis ſella.q.Maximi quem illi conſulem eſſe dicebãt poſita eſſet quo mortuo nũciato ſella ſublata eſt.Ille autem qui comitiis tribunitiis eſſet auſpicatus centuriata habuit conſulem hora ſeptima renunciauit qui uſque ad.kl.ianuarias eſſet quæ erant futuræ mane poſtridiæ ita Caninio conſule ſcito neminem prãdiſſe.Nihil tamen eo conſule mali factum eſt fuit enim mirifica uigilantia qui ſuo toto conſulatu ſomnũ non uiderit.Hæc tibi ridicula uident̃ nõ enim ades quæ ſi uideres lachrymas non teneres.Quid ſi cætera ſcribam?ſunt enim ĩnumerabilia generis eiuſdem:quæ quidem ego non ferrem: niſi me in philoſophiæ portum cõtuliſſem & niſi haberem ſocium ſtudiorum meorum Atticum noſtrum cuius quando proprium te eſſe ſcribis mancipio & nexo meo autem uſu & fructu contentus iſtorum.Id enim eſt cuiusque proprium quo quiſque fruitur atq; utitur.Sed haec alias pluribus Attilius qui in græciam cum legiõibus miſſus eſt maximo meo beneficio eſt.Bis enim a me eſt iudicio capitis rebus ſaluis defenſus:& eſt homo non ingratus meque uehementer obſeruat:ad eum de te diligẽtiſſime ſcripſi:eamque epiſtolam cum hac coniunxi quam ille quando acceperit & quid tibi pollicitus ſit uelim ad me ſcribas.Vale

M . T . C . Curio S.d.p.

Acile perſpexi ex tuis litteris ꝙ ſemper ſtudui:& me a te plurimi fieri & te intelligere quam mihi carus eſſes:quod quando noſtrum uterque conſecutus eſt.Reliquũ ẽ ut certemus officiis inter nos quibus æquo animo uel te uincam:uel uincar abs te.Attilio non fuiſſe neceſſe meas dari litteras facile patior.Sulpitii tibi operam intelligo ex tuis litteris non multum opus fuiſſe propter

tuas res ita cõtractas ut quemadmodum scribis nec caput nec pedes equidem uellem uti pedes haberent ut aliquãdo redires. uides enim exaruisse iam ueterem urbanitatem ut Pompõius noster suo iure possit dicere: nisi nos pauci retineamus gloriam atticam: Ego is tibi ei nos succedemus. Veni igitur quæso: ne tantum semen urbanitatis una cum Republica intereat. Vale

M. T. Volumnio S. d. p.

Vod sine prænomine familiariter ut debebas ad me æpistolas misisti: primum addubitaui num a uolumnio senatore esset: quo cum mihi est magnus usus. Deinde litterã fecit ut intelligerem tuas esse quibus in litteris omnia mihi periocunda fuerunt præter illud quod parum diligenter possessio salinarum mearum a te procuratore defenditur. Ais enim ut ego discesserim omnia omnium dicta: in his etiam sextiana in me conferri. Quid tu id pateris? non ne defendis? nõ ne resistis? Equidem spabã ita notata me reliquisse genera dictorum meorum ut cognosci sua sponte possent. Sed quando tanta fex est in urbe: ut nihil tam sit :quod non alicui uenustum esse uideatur. Pugna si me amas nisi acuta nisi elegans nisi nisi bellum: nisi ridiculum nisi cætera quæ sunt a me in secundo libro de oratore per Antonii psonã disputata de ridiculis: & arguta apparebunt ut sacramento contendas mea nõ esse. Nam de iudiciis quod quereris multo laboro minus: trahuntur per me pedibus omnes rei uel Selius tam eloquens: ut possit probare se liberum non laboro. urbanitatis possesionem amabo quibusuis interdictis defendamus In qua te unum metuo contemno caeteros: derideri te putas. Nunc demum intelligo te sapere: sed me hercule extra iocum ualde mihi tuæ litteræ facetæ elegãtesque uisæ sunt. Illa quamuis ridicula essẽt sicut erãt mihi tamen risum non mouerunt. Cupio enim illum nostrum amicum in tribunatu quamplurimum habere grauitatis. Id tamen in ipsius causa est mihi ut sis ĩ maioribus: tum me hercule: etiam reipublicæ quam quidem quamuis in me ingrata sit tamẽ amare nõ desinam. Tu mihi uolumni quando & instituisti. & mihi uides esse gratum. scribe ad me quamsæpissime de rebus urbanis: de Republi

ca iocundus eſt mihi ſermo litterarum tuarum.Praeterea Dolobel
lam quem ego perſpicio & uideo cupidiſſimum eſſe atque amantiſ
ſimum mei cohortare & confirma & redde plane meū non me her
cule quo quicquam deſit:ſed quia ualde cupio:nō uideor nimium
laborare.vale

M . T . C . Volumnio S.d.p.

Vod declamationibus noſtris cares:damni nihil facis.quod
Hircio inuideres niſi cum amares non erat cauſa inuidendi
niſi forte ipſius eloquentiæ magis quam ꝙ me audiret inuideres.
Nos enim plane mi ſuauiſſime uolumni aut nihil ſumus aut no/
bis quidem ipſis diſplicemus:gregalibus illis quibus te plaudente
uigebamus amiſſis:ut etiam ſi quādo aliquid dignum noſtro nomi
ne emiſimus ingemiſcamus.Quod hæc pennigero non armigero ī
corpore tela exerceantur ut ait Philoctetes apud Actium abiecta
gloria:ſed tamen omnia mihi erunt ſi tu ueneris hilariora quanq̄
uenis ut ipſe intelligis in maximarum quaſi concurſum occupatio
num:quas ſi ut uolumus exceperimus.Ego uero multam ſalutem
& foro dicam & curiæ:tecumque uiuam multum & cum omnibus
noſtris amatoribus.Nam & caſſius tuus & Dolobella noſter uel po
tius uterque noſtrū ſtudiis iiſdem tenētur & meis equiſſimis auri
bus utuntur Opus eſt hic limatulo & polito tuo iudicio & illis in/
terioribus litteris meis:quibus ſæpe uerecundiorem me in loquen/
do facis.Mihi enim iudicatum eſt ſi modo hoc Cæſar aut patietur
aut uolet deponere illam iam perſonam ī qua me ſæpe illi ipſi pro
baui ac me totum in litteris abdere:tecumque & cum caeteris earū
ſtudioſis honeſtiſſimo otio pfrui.Tu uellē ne ueritus eſſes ne pluri
bus occupatus legerē tuas lr̄as.Si mihi quēadmodū ſcribis lōgio
res forte miſiſſes.Ac uelim poſt hac ſic ſtatuas tuas mihi litteras
longiſſimas quaſque gratiſſimas fore.vale

M. T. CICERONIS. EPISTOLARVM LIBER: VIII.

CELIVS CICERONI SALVTEM DICIT.

VOD TIBI DECEDENS POLLICITVS ſum me omnes res urbanas diligẽtiſſime tibi perſcripturum data opera paraui qui ſic omnia perſequerentur ut uerear ne tibi nimium arguta hæc ſedulitas uideatur. tam&ſi tu ſcio quã ſis curioſus & quam oĩbus peregrinãtibus gratũ ſit minimarum quoque rerũ quæ domi gerãtur fieri certiores tamen in hoc te deprecor ne meum officiũ arrogãtiæ condemnes quod hũc laborem alteri delegaui: nõ quin mihi ſuauiſſimum ſit & occupato & ad litteras ſcribendas ut noſti pigerrimo tuæ memoriæ dare operã: ſed ipſum uolumen quod tibi miſi facile ut ego arbitror me excuſat. Neſcio quæ uis ocii eſſet nõ modo perſcribere hæc ſed omnino aĩaduertere. Oĩa enim ſunt ibi S.C. dictæ fabulæ rumores: quod exemplũ ſi forte minus te delectarit ne moleſtiã tibi cum ĩpenſa mea exibeã fac me certiorem. Si quid in re.p. maius actũ erit quod iſti operarii minus cõmode perſequi poſſint & quẽadmodũ actũ ſit: & quæ exiſtimatio ſecuta quæq; de eo ſpes eſt diligenter tibi perſcribemus. ut nũc ẽ nulla expectatio magno opere eſt. Nam & illi rumores de comitiis trãſpadanorũ cumarum tenus caluerũt. Romã cum ueniſſem ne tenuiſſimã quidem auditionem de ea re accepi. Præterea Marcellus quidem adhuc nihil rettulit de ſucceſſiõe prouintiarũ galliarum & in kalẽdis iunii ut mihi ipſe dixit eã diſtulit relationem ſane quã eos ſermones expreſſit qui de eo tum fuerãt cum romæ nos eſſemus. Tu ſi põpeiũ ut uolebas offendiſti qui tibi uiſus ſit & quã orationẽ habuerit tecũ quãque oſtenderit uolũtatẽ. Solet enim aliud ſentire & loqui neque tãtum ualere ingenio: ut non appareat quid cupiat. Fac mihi perſcribas: quod ad Cæſarem crebri & non belli de eo rumores ſed ſuſurationes dũtaxat ueniũt alius equidẽ perdidiſſe quod opinor certe factũ eſſe alius ſeptimã legionem uapulaſſe ipſum apud belouacos circunſederi interclusum ab reliquo exercitu: neque adhuc certi quicquam eſt: neque hæc incerta tamen uulgo iactantur ſed inter paucos quos tu noſti ſecreta narrãtur. At domitius cum manus ad os appoſuit te ad uiiii kl. iunii ſubroſtrauit quod illorũ capiti ſit diſipãt periſſe: ut de urbe ac foro toto maximus rumor fuit atque Pompeium in itinere occiſum. Ego qui ſirem. q. Pompeium bauli ſynuiniticam facere &

usque eo ut ego misererer eius esuriei nõ sum comotus & hoc menda tio si qua pericula tibi impenderẽt.uide.fingeremur optaui.Plãcus quidem tuus rauenæ est & magno congiario donatus est a Cæsare nec beatus nec bene ĩstructus est tui polliciti libri oĩbus ingẽs.Vale

M.Celius M.Tullio Ciceroni S.d.p.

ARcum feridiũ equitẽ romanũ amici mei filiũ bonũ & strenu um adolescẽtẽ:qui ad suũ negotiũ istuc uenit tibi cõmendo & te rogo ut eum in tuorum numero habeas agros quos fructuarios habent ciuitates uult tuo beneficio quod tibi facile & honestũ factu est ĩmunes esse.gratos & bonos uiros tibi obligaris.Nolo te putare fauolũ a colũnariis præteritum optimus quisque eũ nõ fecit.Põpeius tuus aperte cæsarem & prouintiã tenere cum exercitu & consul ipse tamen hãc sententiã dixit nullũ hoc tempore senatusconsultũ faciẽdũ Scipio hanc ut kalendis martiis de prouintiis galliis neu quid con/ iunctũ referretur:cõtristauit hæc sententia balbum cornelium & scio eum conquestum esse cum Scipione calidius in defensione sua fuit disertissimus:in accusatione satis frigidus. Vale.

M.Celius M.Tullio Ciceroni.S.d.p.

Ane quam lĩs.C.Cassii & Deiotari sumus cõmoti.Nã cassius cis euphratem copias parthorũ esse scripsit deiotarus ꝓfectas per comagenem in prouintiã nr̃am.ego quidem præcipuum metum quod ad te attinebat habui qui scirem quã paratus ab exercitu esses ne quod hic tumultus dignitatis tuæ periculũ afferret.Nam de uita si paratior ab exercitu esses timuissem.Nunc hæc exiguitas copiarũ recessum non dimicationẽ mihi tuã præsagebat.hoc quomodo accipe rent homines quãꝓbabilis necessitas futura esset uereor etiã nunc: neque prius desinã formidare quã te attigisse italiã audiero.sed de parthorum transitu nũtii uarios rumores excitarunt alius enim Põ peium mittendũ alius ab urbe non remouendũ alius Cæsarem cum suo exercitu alius consules nemo tamen ex senatusconsulto priuatos consules autẽ quia uerentur ne illud senatusconsultũ fiat ut paludati exeãt & cõtumeliose præter eos ad alium res tansferatur oĩo senatũ haberi nolunt:usque eo ut parũ diligentes in re.p.uideantur:sed ho neste siue neglientia siue ĩertia est siue ille quẽ proposui metus latet sub hac temperãtiæ existimatione nolle prouĩtiã.a te lr̃æ non uenerĩt

& nisi deiotari subsecutæ essent in eam opinionē cassius ueniebat quæ dirripuisset ipse ut uiderēt ab hoste uastata finxisse bellū & arabas in prouintias īmisisse eosque parthos esse senatui renūtiasse. Quare tibi suadeo quicunque ē istic status rex diligenter & caute perscribas ne aut bellificatus alicui dicaris aut aliquid quod referret scire reti/cusse. Nunc exitus est anni nam ego has litteras ad xiiii. kl. decēbris scripsi plane nihil uideo āte kalendas ianuarias agi posse Nosti marcellum quam tardus & pax efficax sit itemque seruius quā cōctator cuiusmodi putas hoc esse aut quā id quod nolint conficere posse: qui quæ cupiunt tamen ita frigide agunt ut nolle existiment nobis magistratibus autem si parthicum bellum erit hæc causa primos mēses occupabit sin autem fit aut non erit istic bellum aut tum erit ut uos successores paruis additis copiis sustīere possint curionē uideo se dupliciter iactaturum primū ut aliquid Cæsari adimat inde ut aliquid pompeio tribuat quiduis quālibet tenue munusculū Paulus quoq; nō humane de prouintia loquitur huius cupiditati occursus est furnius nr̄ pluris suspicari non possum. hæc noui alia quæ possunt accidere non certo cerno multa tempus afferre & præparata mutare te scio p spicere sed intra hos fines quæcūque acciderint uertentur. Illud ad/do ad actiones Cai curionis de agro campano de quo negāt Cæsarē laborare Pompeium ualde nolle ne uacuus aduenienti cæsari pateat Quod ad tuū decessum attinet Illud tibi non possū polliceri me curaturum ut tibi succedatur. Illud certe præstabo ne āplius prorogetur tui consilii est si tēpus si senatus coget si honeste a nobis recusari nō poterit uelisne perseuerare: mei officii est meminisse qua obtestatiōe decedens mihi ne paterer fieri mandaris. Vale.

M. C. M. Tullio Ciceroni Imperatori. S. d. p.

On diu sed acriter nos tuæ supplicatiōes torserūt Inciderāus enim ī difficilem nodū. Nam curio tui cupidissimus cui oībus r̄onibus comitiales eripiebātur negabat se ullo modo pati posse de/cerni supplicationes ne quod furore pauli esset adeptus boni sua culpa uideretur amisisse & præuaricator causæ publicæ existimaret Itaque ad pactionē descendius & cōfirmauit consules esse his supplicatiōibus ī hūc ānū non usuros plane quod utrisque cōsulibus gratias agas est paulo magis certe. Nam Marcellus sic respondit ei spem ī istis supplicatiōibs nō habere. Paulus se oīo in hūc annum dicturum nunciatū nobis erat hirciū diutius dicturū præhendimus eum non

modo non fecit:sed eum de hostibus ageretur & posset rem īpedire si ut numeraretur postularet tacuit:tātum catoni assensus est:qui & locutus honorifice non decreuerat suplicationes. Tertius ad hos Fa/uonius accessit. Quare pro cuiusque nostra & instituto gratiæ sunt agendæ his quod tātum uoluntatē ostenderūt pro sententia cū impedire possent nō pugnauerūt:Cnrioni uero quod de suarū actionū cursu tua causa deflexit. Nam furnius & Lentulus ut debuerūt quasi eorū res essent una nobiscū circūierūt & laborauerūt Balbi quoque cornelii operam & sedulitatem laudare possum. Nam cum curione uehementer locutus est & eum si aliter fecisset iniuriam Cæsari facturum dixit cum eius fidem in suspicionem adduxit. deerant quidem qui inique trāsigi uolebāt domitii scipiones:quibus hac re ad intercessi/onem euocandam interpellātibus uenustissime Curio respondit se eo libenter nō intercedere quod quosdam qui decernerent uideret consici nolle. Quod ad rem.p.attinet in unam causā oīs cōtentio cōiecta est de ꝓuintiis in quā adhuc est incubuisse cū senatu pōpeius uidetur ut cæsar ante idus nouembres decedat:eo curio oīa potius subire constituit quā id pati cæteras suas abiecit actiones:nostri porro quos tu bene nosti ad extremum certamen rem deducere non audēt scena rei totius hæc pompeius tanquā cæsarem non impugnet sed quod illi æquum putet constituat ait curionem quærere discordias ualde autē non uult & plane timet Cæsarem consulem designatū priusquā exercitum & prouinciam tradiderit. Accipitur satis male a curione & totus eius secundus consulatus exagitatur hoc tibi dico si oībus rebus prement curiōem Cæsar defendetur intercessorem si quod uidentur reformidarint Cæsar quoad uolet manebit quā quisque sententiam dixerit in comentario est rerū urbanarum e quo tu quæ digna sunt selige multa transi in primis ludorū explosiones & funerum & ineptiarum cæterarum. Plura habet utilia Denique malo in hanc partem errare ut quæ non desideres audias quā quicquā quod opus est prætermittatur tibi curæ fuisse de sitiano negocio gaudeo Sed quomō suspicaris mīus certa fide eos tibi uisos tāquā ꝓcurator sic agas rogo.

M. C. M. Tullio Ciceroni Imperatori. S. d. p.

Vdet me tibi confiteri & queri de Appii hominis ingratissimi iniuriis qui me odisse quia magna mihi beneficia debebat cœpit & cum homo auarus ut ea solueret sibi imperare nō posset occultum bellum mihi indixit ita occultum tamen ut multi mihi renūtia

rent & ipse facile animaduerterem male eum de me cogitare: posteaq̃ uero comperi eum collegiũ tentasse Deinde aperte cum quibusdam locutum cum lutio domitio: ut nunc est mihi inimicissimo homine de liberare uelle hoc munusculum deferre Gneo põpeio ipsum repræhẽ/derem & ab eo deprecarer iniuriã quod uitã mihi deberet putaram impetrare me non potui. Quid ergo est tum quasi aliquot amicis qui testes erant meorum in illum meritorum locutus sum. Posteaq̃ illi nequeo satisfacere quod me dignũ habere sesi malui colegæ eius hõini alienissimo mihi & proter amiciciã tuã non æquissimo me obligare. quam illius simiæ uultum subire id postquam rescit incanduit & me causam inimiciciarũ quærere clamitauit ut si mihi in pecunia minus satisfecisset per hãc speciem simultatis eũ consectarer. Postea non destitit accersere palã seruũ accusatorem inire cum domitio consilia quibus cum parum procederet ut illa lege mihi poneret accusatorem compellari ea lege me uoluerunt qua dicere nõ poterãt inso/lentissimi homines circensibus ludis meis postulãdum me lege cautinia curãt. Vix hoc erat pol elocutus cum ego Appiũ censorem eadẽ lege postulaui: quod melius caderet nihil uidi nam sic est appio & non infimo quoque approbatum ut maiorem Appio dolorẽ fama q̃ postulatio attulerit. Præterea cepi sacellũ in domo quod est ab eo petere conturbat ne sit mora serui huius qui tibi litteras attulit. Nam acceptis prioribus litteris ãplius triginta diebus mansit Quid tibi scribã nescio scis domitio diem timor est expecto te ualde & quãprimum uidere cupio a te peto ut meas iniurias perinde doleas ut me existimas & dolere & ulcisci tuas solere. Vale.

M. C. M Tullio Ciceroni Imperatori. S. d. p.

Ratulor tibi affinitate uiri mediusfidius optimi Nam hoc ego de illo existimo Cætera porro quibus adhuc ille sibi paꝝ utilis fui & ætate iam sunt decursa & consuetudine atque auctoritate tua pudore Tulliæ si qua restabũt confido celeriter sublatũ iri non est.n. pugnax ĩuictus neque hebes ad id quod melius sit intelligẽdũ. deĩde quod maximũ est Ego illum ualde amo. Voles cicero curionẽ nr̃um lautũ intercessionis de prouintiis exitũ habuisse. Nam cum intercessione referretur quæ relatio fiebat ex senatusconsulto primaq; M. Marcelli sententia pronũtiata esset qui agendum cum tribunis plebis cẽ/sebat frequens senatus in alia omnia iit: stomaco. s. põpeius magnus nunc ita languenti ut uix id quod sibi placeat reperiat trãsierãt illuc

ut r̄one eius habenda qui exercitum neque prouītias traderet quēad modū hoc pōpeius laturus est Iste cū cognoscat quidnā rei.p.futu℞ sit.si aūt nō curet uos senes diuites uideritis.q.hortensius cum has lr̄as scripsi animam agebat. Vale.

M.C. M. Tull.C.Imperatori.S.d.p.

Anti non fuit arsacen capere & scleuēa expugnare ut earū rerum quæ hic gestæ sunt spectaculo careres nunquā tibi oculi doluissent si in repulsa domitii nullū uidisses magna illa comitia fuerunt & plane illa studia expertiū sensu apparuerunt:perpauci necessitudinem secuti officiū præstiterunt Itaq; mihi ē Domitius inimicissimus ut ne familiarem quidem suū quēquam tam oderit quam me atque eo magis quod per iniuriā sibi putat ereptū cuius ego auctor fuerim nunc fuerit tam gauisos hōīes suū dolorem unumq; mouet studiosiorem antonianā Gneum saturninū adolescentem ipse gneus domitius reū fecit sane quā superior ea uita īuidiosum quod iudiciū non expectarem:Inest eτ̄ in bona spe post sexti peducei absolutiōem de suma reip.sæpe tibi perscripsi me annū pacem non uidere & quo ꝓpius ea cōtentio quā fieri necesse ē accedit eo clarius id piculū apparet propositum hoc est de quo qui re℞ potiūtur sunt dimicatū:quod Gneus pompeius constituit non pati Caium cæsarem cōsulem aliter fieri nisi exercitum & prouintias tradiderit.Cæsari autem persuasū est se saluum esse non posse si ab exercitu recesserit fert tamen illam conditionem ut ambo exercitus tradāt sic illi amores & inuidiosa cōiūctio non ad ocultā recedit obtrectationem sed ad bellum se erūpit neque mearū rerum quid consilii capiam reperio:quod ne dubito qn te quoq; hæc deliberatio sit perturbatura Nam mihi cum hōībus his & gratia & necessitudīe tū causā illā unde homines odi.Illud te non arbitror fugere quin homines in dissēsiōe domestica debeāt quā diu ciuiliter sine armis cernetur hōestiorem sequi partem ubi ad bellum & castra uentum sit firmiorem & id melius statuere quod tutius sit.In hac discordia uideo Gneum pōpeiū senatū quique res iudicāt secum habiturū ad Cæsarē omnes qui cū timore & mala spe uiuant accessuros exercitum cōferendū nō esse omnino sat spatii fit ad considerandas & eligendas utriusq; copias & eligendā partem ꝓpe oblitus sum quod maxīe fuit scribendū.Scis appiū cēsorem hic ostenta facere de signis & tabulis de agris.modo de ære alieno acerrīe agere persuasum est ei censurā lomentū aut nitrū esse errare mihi uidetur Nam sordes ei ueræ uultu uenas sibi omnes & uiscera aperit. Curre

per deos atque homines & quāprimū hæc irisum ueni legis scatiniæ iudiciū apud drusū fieri appiū de tabulis & signis agere crede mihi est properādū Curio noster id sapienter quod remisit de stipendio pomeii fecisse existimat᷑. Ad sumā quæris quid putem futurū si alter uter eorum ad parthicū bellū nō eat uideo magnas impendere discordias: quas ferrū & ius uindicabit uterque & animo & copiis ē paratus si sine suo periculo fieri posset magnū & iucundum tibi fortuna spectaculum parabat. Vale.

M.C M.Tull.C.Imperatori.S.d.p.

T quando tu hominem ineptiorem quā tuū Gneū pompeium uidisti qui tantas turbas qui tā nugax esset comorit & quādo autem Cæsare nostro acriorem in rebus gerendis eodem in uictoria temperatiorem aut legisti aut audisti quid est nunc tibi nr̄i milites qui durissimis & frigidissimis locis teterrima hieme bellum ābulando cōfecerunt malis orbiculatis esse pasti uidentur. Quid iam īquis gloriose oīa si scias quā sollicitus sum cum hāc meam gloriā quæ ad me nihil attinet derideas: quæ tibi exponere nisi corā non possū idq; celeriter fore spero. Nā me cum expulisset ex italia Pōpeius cōstituit ad urbem uocare id quod existimo iā confectū nisi si maluit Pōpeius Brundusii circūsedere per eā si minima causa est ꝓperādo isto mihi quod te uidere & oīa intima conferre discupio. Habeo autem quam multa hui uereor quod solet fieri ne cū te uidero oīa obliuiscar. sed tamen q̄ obscelus iter mihi necessariū retro ad alpes uersus īcidit adeo quidem in timidi in armis sunt neque de magna cā belienus uerna Demetriusque ibi cum presidio erat domitiū quendā nobilem ibi cæsaris hospitem a contraria factione nūmis acceptis compræhendit & strāgulauit ciuitas ad arma iit eo nunc cohortibus mihi per niues eundum est usq; quaque inquis domitii se mali dant. Vellem quidē uentrem propugnaturus tātum animi habuisse ī nostro domitio quā tum ipse catenādus in hoc habuit Cicerone fratris filio. Vale.

M.C.M.Tull.Ciceroni Imperatori.S.d.p.

Xanimatus sum tuis litteris quibus te nihil nisi triste cogitare ostendisti neque id quid erat perscripsisti non.n.quale esset qd cogitares apuisti has ad te illico lr̄as scripsi ꝑ fortunas tuas Cicero per liberos oro obsecro nequid grauius de salute & īcolumitate

tua consulas. Nam deos hominesque amiciciaq; nram testificor me tibi prædixisse neque temere monuisse Sed postquã Cæsarem cõuenerim sententiãque eius qualis futura esset parta uictoria cognouerim te certiorem fecisse si existimas eandem rõnem fore Cæsaris in dimittendis aduersariis & conditionibus ferendis erras nihil nisi atrox & sæuum cogitat atque etiã loquitur iratus senatui exilit his intercessionibus plane incitatus est non erit deprecationi locus. Quare si tibi tu si filius unicus si domus si spes tuæ reliquæ tibi curæ sunt si aliqd apud te nos si uir optimus gener tuus ualet quorũ fortũas nõ debes uelle conturbare sequere eam causã in cuius uictoria salus nostra est ne aut odisse aut relinquere cogamur aut ĩpiã cupiditatem cõtra salutem tuam habeamus. Denique illud cogita quidẽ offensæ fuerit in ista cunctatione te prius subiisse nunc te contra uictorẽ facere quem dubiis rebus lædere noluisti & ad eos fugatos accedere quos resistẽtis sequi nolueris sũmæ stultitiæ est. Vide ne dum pudet te parum ad optatum esse parum diligenter quid optimum sit eligas. Quod si totum tibi persuadere nõ possum saltem dum quid de hispaniis agamus scitur expecta quas tibi nuntio aduentu Cæsaris fore nras. quã isti spem habeant amissis hispaniis nescio. quod porro tuum cõsilium sit ad desperatos accedere non mediusfidius reperio: hoc quod non dicendo mihi significasti Cæsar audierat ac simul atque habuit mihi dixit statim quid de te audisset exposuit: negaui me scire: sed tamen ab eo petii ut ad te litteras mitteret quibus maxĩe ad remanendũ cõmoueri posses. Me secũ in hispaniã ducit nã nisi ita faceret ego prius quã ad urbem accederẽ ubicũq; esses ad te percurrissem & hoc a te præsens contendissem atq; oĩ uite retinuissem ẽt atq; etiã Cicero cogita ne te tuosque oĩs fũditus euertas ne te sciens prudensque eo demittas unde exitũ nullũ uides esse. Quod si te aut uoces optimatiũ cõmouent aut nõ nullorũ hominũ insolentiã & iactatiõem ferre non potes elligas censeo aliquod oppidũ uacuũ a bello dum hæc decernũtur: quæ tua erunt cũ feceris & ego te sapienter fecisse iudicabo & Cæsarem non offendes. Vale.

M. C. M. Tull. Ciceroni. Imperatori. S. d. p.

Rgo ne potius proficisci in hispaniã fuisset quã formiis esse ãte quã tu profectus es ad põpeiũ quod utinã aut Appius claudius in ista parte aut curio cuius amicicia me paulatim in hãc partẽ causæ ĩposuit. Nam mihi sentio bonã mẽtẽ iracundiæ rumore ablatã

tu porro cum ad te proficiscens ariminũ noctu uenissem dũ mihi pacis mandata das ad cæsarem & mirificũ ciuem agis amici officium neglexisti:neque mihi consuluisti: neque hæc dico quod diffidam huic causæ:sed crede mihi perire satius est quã hos uidere. Quod si timor urã crudelitatis nõ esset eiecti iã pridem hinc essemus. Nam hic nunc præter fœneratores paucos nec homo nec ordo quisquã est nisi est pompeianus equidem iam effeci ut maxiæ partes & qui ãtea nr̃ fuit populus uester esset. Cur hoc ĩquis imo reliqua expectãt uos inuitos uincere coegero cornucanũ M. catõem uos dormitis nec ad huc mihi uidemini intelligere q̃ nos pateãus & quã simus imbecilli atque hoc nullius præmii spe faciã sed quod apud me plurimũ solet ualere doloris atq; indignitatis causa:quid istic facitis præliũ expectatis Quod firmissimũ est uestras copias non noui. Nostri ualde depugnare & facile algere & exurire consueuerunt. Vale.

M. C. M. Tullio C. Imperatori. S. d. p.

Erte inquã absolutus est me representãte pronũtiatũ est & quidem oĩbus ordinibus sed singulis in uno quoque genere sentẽtiis uide modo inquis mihi litteris ostenderas me isto missurũ alios non me hercules nihil.n.unquã tã præter opinionem tã quod uideretur oĩbus indignum accidit quin ego cum pro amicicia ualidissime fauerem ei & me iã ad dolendũ præparassem postquã facta est stipulatio mihi uisus sum captus esse quid alios putas?clamoribus scilicet maximis iudices corripuerũt & ostender̃ plane esse quod ferri non posset Itaque relictus lege licinia maiore esse periculo uidetur. Accessit huc quod postridie eius absolutiõem in theatrũ curiõis hortẽsius ĩtroiit puto ut suũ gaudiũ gauderemus hic strepitus fremitus clãor tonitruũ & rudentum sibilus hoc magis aĩaduersum est quod intactus a sibilo peruenerat hortensius ad senectutem sed tota bene ut in totã uitã quouis satis esset & pœniteret eum iam uicisse. De rep. q̃d tibi scribã nihil habeo. Marcelli impetus resederũt non inertia sed ut mihi uidebãtur cõsilio de comitiis cõsularibus ĩcertissima est extĩatio ego ĩcidi ĩ cõpetitoreẽ nobilẽ & nobilẽ agẽtẽ. Nã M. octauius Gn. filius & C. hirrus mecũ petit hoc ideo scripsi quod scio te acriter ꝓter hirrũ nuntium nr̃oꝝ comitiorũ expectatuꝝ:tu tamen simul ac me designatum audieris ut tibi curæ sit quod ad pãteras attĩet rogo. Singraphã sitianã tibi comendo commentariũ rerũ urbanarũ primũ dedi L. castronio peto secundũ ei qui has litteras tibi dedit. Vale.

M.C.M.Tull.C.Imperatori.S.d.p.

St ne?cui?& tibi sæpe quod negaras discedens curaturũ lr̃as mitto & si quidem perferũtur quas do:atque ego hoc diligentius facio quod cum ociosus sum plane ubi delectem ocium meũ nõ habeo. Tu cum romæ eras hoc mihi certum ac iocundissimũ negociũ uagãti erat tecũ id ocii tempus consumere idque non mediocriter desidero:& mihi nõ modo solus esse sed romæ te ꝓfecto solitudo uidetur facta:& quæ mea negligentia est multos sæpe dies ad te cũ hic eras non accedebã ne quottidie non esse te ad quem currsitem discrutior maxĩe uero ut te dies noctesque quærã competitor hirrus curat q̃uo illũ putas auguratus tuum competitorem dolere & dissimulare incertiorem q̃ se incãdidatũ de quo ut quem optas quãprimũ nũtiũ accipias tua mediusfidius magis q̃ mea cã cupio.Nã mea si fio forsi tã cũ locupletiorẽ referã sed hoc usq; eo suaue ẽ:ꝙ si acciderit tota uita risus nobis deesse nõ põit Sed tãti me hercules nõ multũ m octauius eoꝝ odia q hirrũ præmũt quæ permulta sũt subleuat:quod ad philotimi libertini officiũ & bõa Milõis attinet dedĩus operã ut & Philotimus q̃ honestissime miloni absenti eiusq; necessariis satisfaceret & secundũ eius fidem & sedulitatem existimatio tua cõseruaret̃.Illud nunc a te peto si eris ut spero ociosus aliquid ad nos ut ĩtelligamus nos tibi curæ esse syntagma conscribas quod tibi istuc inquis in mentem uenit hõini non inepto aliquid ex tã multis tuis monimẽtis extare quod nr̃æ amiciciæ memoriã posteris quoque prodat cuiusmodi uelim puto quæris tu aptius qui omnem nosti disciplinã quod maxĩe conuenit excogitabis genere tamen & quod ad nos pertineat & didascaliã quãdam ut uersetur inter manus habeat. Vale.

M.C.M.Tull.C.Imperatori.S.d.p.

Nuideo tibi quod multa quottidie quæ mirer istoc perferunt̃ primum illud absolutũ Mesalã deinde eundem condemnatum Caiũ marcellũ cõsulem factum M.claudium ab repulsa postulatũ a gallis duobus publium Dolabelã xv uirum factum.hoc tibi non inuideo caruisse te pulcherrimo spectaculo & lẽtuli occulis repulsi uultũ non uidisse at qua spe quã certa opinione descenderat q̃ ipso diffidente Dollobela & hercules nisi nr̃i quã acutius uidissent pene cõcedente aduersario superasset Illud te non arbitror miratum seruium designatum tribunũ plebis cõdemnatũ cuius locum.C.curio petiit.sane

quã incutit multis qui eum facilitatemq; eius non norunt magnum metum sed ut spero & uolo & ut se fert ipse bono sed senatum mallet totus ut nunc est hoc scaturit huius autem uolũtatis initiũ & causa ẽ quod eum non mediocriter. Cæsar qui solet infimorum hõinũ amicicias sibi qualibet impensa adiungere ualde contemsit qua ĩ re mihi uidetur illud per quã uenuste cecinisse quod a reliquis quoque usq; eo ẽ aĩaduersũ ut curio qui nihil consilio facit ratione & insidiis usus uideretur ineuitandis his cõsiliis qui se intẽderãt aduersarios in eius tribunatum lelios & antonios & id genus ualentis dico has ego tibi litteras eo maiore misi interuallo quod comitiorũ dilationes occupatiorẽ me habeãt & spectare in dies exitũ cogebãt ut cõfectis õnibus te facerem certiorẽ ad kl. sextiles usque expectaui prætori more quædam incider̃ mea porro comitia quem euentũ sint habitura nescio opinionem quidem quod ad hirrũ attinet incredibilem ed. pol comitiis nacta sunt Nam M. celiũ uicinianum mentio illa fatua quã dese/rueramus olim & ꝓmulgatio de dictatore subito deiecit & deiectum magno clamore insecuta est inde hirrũ cuncti ad non faciendũ flagitare spero te celeriter & de nobis quod sperasti & de illo quod uix sperare ausus es auditurũ de rep. iã noui quicquã expectare desierãus sed cum senatus habitus esset ad Apollinis templũ ad xi kl. sextiles & referretur de stipendio gnei pompeii mentio facta est de legione ea quã expensam tulit Caio cæsari Pompeius quo numero esset quo appeteretur cum pompeius esse in gallia coactus est dicere se legionem abductuꝝ se non statim sub mentiõem & cõuitiũ obtrectaturũ Inde interrogatus de successione cai cæsaris de qua hoc est de ꝓuintiis placitum ẽ ut quã primũ ad urbem reuerteretur Gn. põpeius ut corã eo de successione prouintiarũ ageretur. Nam ariminũ ad exercitum pompeius erat iturus & statĩ iit. puta idibus sex. de ea re factũ iri profecto aut trãsigetur aliquid aut turpiter intercedetur Nam in disputãdo cõiecit illã uocem gn. pompeius omnes oportere senatus dicto audientis esse. Ego tamen sic nihil expecto qũo paulũ consulẽ designatum primum sentẽtiã dicentem Sæpius te admoneo De syngrapha siciana cupio enĩ te ĩtelligere eã rẽ ad me ualde pertinere. Itẽ de pãteris ut ciburatas accersas curesq; ut mihi uehãt̃ Preterea nũtiatum nobis & pro certo habet̃ iam regem Alexandrinũ mortuum mortuũ quidem mihi suadeas qũo regnum illud se habeat quis procuret diligenter mihi perscribas kalendas sextiles. Vale

M. C. AEDILIS M. T. C. IMPERATORI. S. D. P.

Va tu cura sis quod ad pacem prouintiæ tuæ finitimarūq; regionū attinet nescio ego quidem uehementer animi pendeo. Nā si hoc more moderari possemus & pro uiribus copiarum tuarū belli quoq; existeret magnitudo & quātum gloriæ triunphoq; opus esset assequeremur piculosā & grauem illā dimicatiōem euitaremus nihil tam esset optādū. Nūc si parthus mouet aliquid scio nō mediocrem fore contentiōem. Tuus porro exercitus uix unum saltum tueri pōt. hāc autem nemo ducit rōnem sed oīa desiderantur ab eo tamq̄ nihil sit denegatum ei quominus q̄ paratissimus esset qui publico negotio præpositus est Accedit huc quod successionem futurā proter galliaꝝ controuersiā nō uideo tā&si hac de re puto te constitutū quid factu rus esses habere tamen quo maturius cōstitueres cū hunc euentum prouidebā uisum est ut te facerem certiorem Nosti enī hæc trāsla / titia: de gallis cōstituet̄ erit qui intercedat deinde alius existet qui nisi libere liceat de oībus prouintiis decernere senatui reliquas impe diat sic multum ac diu ludetur atq; ita diu ut plus bienniū in his tri cis moretur Si quid noui de rep. quod tibi scriberem haberem usus essem mea consuetudine ut diligenter & quid actum esset & quid ex eo futurū sperarem perscriberem. Sane tanquam ui quadā in cilicia oīa adhæserūt Marcellus idem illud de ꝓuintiis urget sed neque ad huc frequentem senatum efficere potuit hoc si præterito anno curio tribunus & eadem actio de prouintiis introit ut quam facile nūc sit oīa īpedire & quā hoc cæsari qui sua causa remp. non curet superet non te fallit. Vale.

M. Cel. ædilis M. Tull. C. Imperatori. S. d. p.

On dubito qn platū ad te sit appiū a dolobella reū factū sane non ea quā extimarā inuidia neque enim stulte appius qui si/ mul atq; dolobella accessit ad tribunal introierat in urbem triunphi que postulatiōem abiecerat quo facto rettulit sermones paratiorq; uisus est quā sperauerat accusator is nunc inte maximam spem habẽ Scio tibi eum non esse odio q̄ uelis eum obligare in tua manu est cū quo simultates si tibi non fuissent liberius tibi de tota re esset. Nunc si ad illā sūmā ueritatem legitimū ius exegeris cauendum tibi erit ne parū simpliciter & cādide posuisse inimicicias uidearis In hāc par tem porro tutū tibi erit si quid uolueris gratificari Nemo enī neces situdine & amiccia te deterritum ab officio dicet Illud mihi occurrit quod īter postulatiōem & nominis delatiōem uxor a dolobella disces sit quidē mihi discedens mandaris memini quid ego tibi scripserim

te non arbitror oblitũ non eſt iam tempus plura narrãdi Vnũ illud monere te poſſũ ſi res tibi non diſplicebit tamen hoc tempore nihil de tua uolũtate oſtẽdas & expectes quẽadmodũ exeat ex hac cã. Deniq; inuidioſum tibi ſit ſi emanarit porro ſignificatio ulla ſi interceſſerit clarius quam deceat aut expediat fiat neq; ille tacere eam rem poterit quæ ſuæ ſpei tam oportuna acciderit queq; in negotio conficiendo tãto illuſtrior erit cũ præſertim is ſit qui ſi pernitioſum ſciret eſſe loqui de hac re uix tamen ſe contineret Pompeius dicitur ualde pro appio laborare & etiam putant alterutrũ de filiis ad te miſſurũ hic nos omnes abſoluimus & hercules conſepta oĩa fœdera & inhoneſta ſunt conſules aũt habemus ſũma diligentia adhuc ſenatuſconſultũ niſi de feriis latiis nullũ facere potuerũt curiõi nr̃o tribũatus cõglatiat ſed dici nõ poteſt qũo hic oĩa iaceant niſi ego cum tabernariis & aquariis pugnarem Veternus ciuitatẽ occupaſſet Si parthi nos nihil afficiũt nihil nos frigore frigeſcimus tamen quoquomodo hic oĩa iaceãt potuit ſine parthis bibulus ĩ amano neſcio quid cohorticularũ amiſit hoc ſic nuntiatũ eſt: quod tibi ſupraſcripſi curionem frigere iã calet nã feruentiſſime concerpitur leuiſſime enim quia de intercalando non obtinuerat tranſfugit ad populum & pro cæſare loqui cœpit legemq; uiariã non diſſimilem agrariæ tuli & alimentariã quas iubet ædiles metiri iactauit hoc nũdũ fecerat cũ priorem partẽ epiſtolæ ſcripſi. Amabo te ſi quid quod opus fuerit Appio facies ponito me in gr̃a: de Dolobella integrũ tibi reſerues ſuadeo & huic rei de qua loquor & dignitati tuæ æquitatis quod opinione hoc ita facere expedit. turpe tibi erit pãtheras græcas me non habere. Vale.

M. Cel. ædils M. Tull. Ciceroni. S. d. p.

Vam cito tu iſtinc decedere cupias neſcio ego quidem eo magis quo adhuc felicius res geſiſti dum iſtic eris de belli parthici periculo crutiabor ne hunc riſũ meum metus aliquis perturbet breuiores has litteras ꝑperãti publicanorũ tabellario ſubito dedi tuo liberto pluribus uerbis ſcriptas pridie dederã. Res aũt nouæ nullæ ſane acciderẽ niſi hæc uis tibi ſcribi quæ certe uis Cornificius adoleſcẽtior eſt ille ſibi filium deſpondit. Paula ualeria ſoror Triarii diuortiũ ſine cauſa quo die uir e ꝑuintia uenturus erat fecit nuptura eſt d. bruto nõdum retuleras multa in hoc genere incredibilia te abſente acciderũt. Seruius occela nẽini perſuaſiſſet ſe moechũ eſſe niſi triduo bis depræhenſus eſſet quæres ubi: hercules ego minime uellem relinquo

tibi quod ab aliis quæras Neque enim displicet mihi īperatorem sin gulos percūctari cum qua sit aliquis depræhensus . Vale .

M.C.ædilis.M.Tull.C.Imperatori.S.d.p.

Tsi de rep quæ tibi scribā habeo tamen nihil quo magis gaui/ surū te putem habeo quā hoc.Scito C.sempronium rufum mel ac delitias tuas calūniam maximo plausu tulisse Quæris an cā.M. tucciū accusatorem suum post ludos romanos reum lege plocia de ui fecit hoc consilio quod uidebat si extraordinarius reus nemo accidis set sibi hoc anno causā esse dicendā.dubiū porro illi nō erat quid fu turū esset nemini hoc deferre munusculū maluit q̄ suo accusatori.Ita que sine ullo subscriptore descendit & tuccium reum fecit.At ego si/ mulatq; audiui inuocatus ad subselia rei occurro surgo neque uerbū de re facio.totū semproniū usq; eo perago ut uestoriū quoque inter ponā & illā fabulā narrem qemadmodū tibi pro beneficio dederit si quod iniuriis suis esset quod Vestorius teneret.hæc quoque magna nunc sententia forum tenet .M.seruilius postquam ut cœperat om nibus in rebus turbarat neque quod non uenderet quicquā relique/ rat maximeque nobis traditus erat inuidiæ neque lateranensis præ/ tore postulante Pausania nobis patronis quo ea pecunia peruenisset recipere uoluit.Quid Pilius necessarius Attici nr̄i repetundis eum postulauit magna illico fama surrexit & de damnatione feruenter lo qui cœptū est quo uento proiicitur Appius ut implicet de peccunia ex bonis patris puenisse ad seruiliū:præuaricatiōisq; cām diceret de positum.lxxxi.admiraris amentiam imo si actionem stultissimam qui de se nefarias patris confessiones audisses mittit in consiliū eosdem illos qui litis extimarant iudices cum æquo numero sententiæ fuisset laterensis leges ignorās pronūtiabat quid singuli ordines iudicasset & ad extremum ut solent non redigāt postq̄ discessit & pro absoluto Seruilius haberi cœptus legisque unum & centesimmū caput legit in quo ita erat quod iudicium maior pars iudicauerit id ius & ratū esto in tabulas absolutū non rettulit ordinū iudicia perscripsit postu lante rursus Appio cum lucio lolio transegisset relaturum dixit sic nunc neque absolutus neq; damnatus Seruilius de repetendis seruio Pilio tradetur.Nam de diuinatione appius cum calumniam iurasset contendere ausus nō est Pilioq; cessit & ipse de pecuniis repetundis a seruiliis est postulatus & præterea de iure usu quodā suo omissa ru stetio factus recte hoc par habet Quod ad rēp.pertinet oīo multis

diebus expectatione galliarum actũ nihil est aliquãdo tamen sæpe re dilata & grauiter acta & plane perspecta Gnei pompeii uolũtate in eam partem ut eum decedere post kl.martias placeret senatusõsul tum quod tibi misi factum est auctoritatesque perscriptæ senatuscon sulti auctoritas pridie kl.octobris in æde apollinis scribæ affuerunt L.domitius gneus fabius abeno balbus.q.celius.q.filius fabius Me tellus pius scipio L.iul.l.f põp.ãnalis.C.septimius.t.f.quirina.q lu cius.c.f.puphirrus c.scribonius c.f põp curio.l.ateius.l.f.au.capito

M.Cel.ædilis M.Tull.Ci.Imperatori.S.d.p.

Vod M.Marcellus con.nonis febr de ꝓuĩtiis consularibus de cernit cõs.uti c.paulus.c.marcellus consules cum magistratũ inissent ad x kl.martias quæ in suo magr̃atu futuræ essent de cõ sula ribus prouintiis ad senatũ referrent neue quid prius ex kl.martiis ad senatũ referrent neue quid coniũctũ de ea re referret͠ a cõsulibus utique eius rei causa per dies comitiales senatum haberẽt senatũq; consules facere & cum de ea re ad senatum referret͠ a cõsulibus eoꝝ qui in ccc iudicibus essent sex adducere liceret.Si quid de rep.ad po pulum pl.uellet opus esset uti ser.sulpiti.M.marcellus consules præ tores tr.q; pl. quibus eorum uideretur ad plebemne referrent quo die non tulissent uti quicunque deinceps essent ad p pl.ue referrent pridie kl.octobris ĩ æde apollinis scripta affuerũt l.domitius gneus fabius abeno balbus.q.metellus.q.f.p.scipio.l.iulius.l.f.pom.anna lis .c.septimius T..f.quirina c scribonius c.f.pom.curio.l.attilius.l filius au.capito M.oppius m.f.terentina.Quod marcus marcellus consul ut de prouintiis decernit consultum senatum existimare nemi nem eorum qui potestatem habent intercedendi impediẽdi moram afferre oportere quominus de rep.q.p.ad senatum referre senatusq; cõsultũ fieri possit qui impedierit prohibuerit eum senatũ existimari cõtra remp.fecisse si quis huic senatus consulto intercesserit senatui placere auctoritatem perscribi & de ea re ad senatũ populũq; referre huic senatusconsulto intercessit c.celius uicinius p.cornelius c.iubius pansa.Item senatui placere de militibus qui in exercitu c.cæsaris sũt qui eorum stipendia merita aut causas quibus de causis missi fieri de beant habeant ad hunc ordinem referre ut eorũ r̃o habeat͠ causæq; cognoscantur si quis huic senatusconsulto ĩtercessisset senatui placere auctoritatem perscribi & de ea re ad hunc ordinem referri huic sena tus consulto intercessit celius c.pansa tr.pl.Itemq; senatui placere ĩ

ſymdipnia ideſt compotationes aut cōcœnationes nos cōuiuia quod tū maxīe uiuit̃ ſimul Vides ut te philoſophādo reuocare cōer ad cœnas Cura ut ualeas id foris cœnitādo facillīe conſequere: Sed caue ſi me amas exiſtīes me: ꝙ iocoſius ſcribā abieciſſe curā reip. Sic tibi pſuade mi pete me dies ac noctes nihil aliud agere nihil aliud curare niſi ut mei ciues ſalui liberiq; ſint. Nullū locum prætermitto monēdi agēdei puidēdi. hoc dēiq; animo ſū ut ſi ī hac cā atq; adminiſtratiōe uita mihi ponēda ſit præclare actū mecū putē. etiā atq; etiā . Vale .

M. T. C. L. Papirio Peto. S. d. p.

Vmmum me ducem lr̄æ tuæ reddiderūt. Plane neſciebā te tā peritū eſſe rei militaris Pirrhi te libros & cīeæ uideo lectitaſſe Itaq; obtemperare cogito præceptis tuis hoc amplius nauiculaꝝ habere aliquid in ora maritima cōtra equitē parthū negāt ullā armaturam meliorē inueniri poſſe: Sed quid ludimus? neſcis quo cū īperatore tibi negociū ſit: παιδαίν κυρον quam cōtriueram legendo totā in hoc imperio explicaui ſed iocabimur alias coram & ut ſpero breui tempore nūc ades ad imperādum uel ad parendū potius: ſic enī ātiq loquebantur: cum M. fabio quod te ſcire arbitror mihi ſummus uſus eſt. ualde eum diligo tum proter ſūmam eius probitatem ac ſingularem modeſtiā tum quod in his cōtrouerſiis quas habeo cū tuis cōbibonibus epicurreis optima opera eius uti ſoleo. Is cū ad me laodiceam ueniſſet mecūq; ego cū eſſe uellem repente percuſſus eſt atrociſſimis lr̄is in quibus ſcriptū erat fundū herculanenſem a q. fabio fratre pſcriptum eſſe: qui fundus cum eo comunis eſſet. Id M. fabius p grauiter tulit exiſtimauitq; fratrem ſuū hominem nō ſapientē īpulſu inimicoꝝ ſuoꝝ eo progreſſū eſſe. Nunc ſi me amas mi Pete negocium totū ſuſcipe moleſtia fabiū libera auctoritate tua nobis opus eſt & cōſilio & etiā gratia noli pati litigare fratres & iudiciis turpibus cōflictari. Matonē & polionem inimicos habet fabius. Quid multa? non me hercule tā perſcribere poſſū quā mihi gratū feceris ſi ocioſū fabiū reddideris id ille ī te poſitū eſſe putat mihiq; pſuadet . Vale .

M. T. C. L. papirio peto. S. d. p.

Ccubuerā hora nona cū ad te harū exemplū ī codicilis exaraui dices ubi? apud uoluminium eutrapelum & quidem ſupra me atticus infra uerius familiares tui miraris tā exilaratā eſſe ſeruitutē

nram. Quid ego faciā? te cōsulo q philosophū audis āgar excrutiēne me quid assequar? deinde quē ad finem? uiuas inquis in litteris an quicq̄ aliud me agere censes? aut possem uiuere nisi ī litteris uiuerē. sed est earū etiā nō satietas sed quidā modus a quibus cū discessi & si minimū mihi esset in cœna quod tu unū zetema dioni philosopho posuisti tamen quid potius faciā prius q̄ me dormitum cōferā non re perio audi reliqua infra eutrapelū cytheris accubuit. In eo igit inqs conuiuio Cicero ille quem spectabāt cuius ob os graii ora obuertebāt sua. nō me hercule suspicatus sum illā affore. sed tamen Aristippus q dem ille socraticus non erubuit cū esset obiectū habere cum laida. ha beo inquit sed non habeor a laide græce hoc melius tu si uoles inter prætabere me uero nihil istorum ne iuuenem quidem mouit unquā ne nunc senem conuiuio delector ibi loquor aliquid quod in solum ut dicitur & gemitū & in risus maximos transfero. an tu id melius q etiā philosophū irriseris? cum ille siquis quid quæreret dixisset cœnā te quærere amene dixeris ille uero te putabat quæsituꝝ num unū cæ lum esset an innumerabilia: quid ad te at hercle cœna nunquid ad te tibi præsertim sic igitur uiuitur quottidie aliquid legitur aut scribitur De inde ne amicis nihil tribus epulamur una nō mō non cōtra legē si ulla nunc lex est sed etiā intra legem equidem aliquāto quare nihil est quod aduentū nrm extimescas non multi cibi hospitem accipies sed multi ioci. Vale.

MARCI. TVLLII. CICERONIS EPISTOLARVM FAMI/LIARIVM LIBER DECIMVS.

M. Tull. C. Cneo Planco Cōsuli designato. S. d. p.

T ABFVI PROFICISCENS in græciā: postea quam de meo cursu reip. sum uoce reuocatus nunq̄ per. M. antoniū qetus fui: cuius tāta ē nō isolētia nā id quidē uulgare uitiū est: sed īmanitas nō mō ut uocem sed ne uultū quidem liberum possit ferre cuiusquā Itaq; mihi maximæ curæ est non de mea quidem uita cui satisfeci uel ætate uel factis uel si quid etiam hoc ad rem pertinet gloria: sed me patria sollicitat. In primisq; mi plance ex pectatio cōsulatus tui: quæ ita longa est ut optādum sit ut possimus ad id tēpus reip. spiritū ducere quæ potest enim spes esse in ea repu.

in qua hoīs impudentissimi atq; intempatissimi armis oppressa sunt oīa: & i qua nec senatus nec populus uim habet ullā nec leges ullæ sunt nec iudicia nec oīo simulacrū aliquod ac uestigiū ciuitatis: Sed quoniā acta oīa mitti ad te arbitrabar nihil erat quod singulis de re bus scriberē. Illud autē erat amoris mei quem a tua pueritia susceptū nō seruaui solum: sed etiā auxi monere te atq; hortari ut in remp. ōni cogitatione curaq; incōberes: quæ si ad tuū tēpus perducitur facilis gubernatio est: ut perducatur aūt magnæ tum diligentiæ est tum etiā fortunæ: sed & te aliquāto āte ut spero habebimus. & præter q̄ quod reip. consulre debemus tū tuæ dignitati ita fauemus ut omne nostrū cōsiliū studiū officiū operam laborem dilgentiā ad amplitudinē tuā cōferamus. Ita facillime & reipu. quæ mihi carissima est & amiciciæ nr̄æ quā nobis sanctissime colendā puto me intelligo satisfactuꝶ. Fur nium nostrum tāti a te fieri quātū ipsius humanitas & dignitas po stulat nec miror & gaudeo: teq; hoc existimare uolo quicquid in eum iudicii officiiq; cōtuleris id ita me accipere ut ī me ipsū te putem cō tulisse. Vale.

M:T.C.Cn.Planco con.designato.S.d.p.

Eum studiū honori tuo ꝑ necessitudine nr̄a nō defuisset si aut tuto ī senatū aut honeste uenire potuissem: sed nec sine pericu lo quisquā libere de repu. uersari potest in summa impunitate gladi orū nec nr̄æ dignitatis uidetur esse ibi sētētiā de rep. dicere ubi me & melius & propius audiāt armati quā senatores. Quaproter in priua tis rebus nullū neque officiū neque studium meum desiderabis ne ī publicis quidem. Si quid erit in quo me interesse necesse sit nūquam deero ne cū periculo quidē meo dignitati tuæ: In his aūt rebus quæ nihilominus ut ego absim confici possunt peto a te ut me rōnem ha bere uelis & salutis & dignitatis meæ. Vale.

M.T.C.Cn.Planco con.designato.S.d.p.

Vm ipsum furniū per se uidi libentissime tum hoc libentius q̄ illū audiens te uidebar audire: Nam & in re militari uirtutem & in administrāda prouintia iusticiā & in omni genere prudentiam mihi tuā exposuit. & præterea mihi non ignotā ī cōsuetudine & fami liaritate suauitatē tuā adiūxit præterea sūmā erga se liberalitatē quæ omnia mihi iocunda hoc extremū etiā gratū fuit ego Plance necessi tudinem cōstitutā habui cū domo uestra aliquāto ante quā tu natus

nouũ qui & te nossem & tuaꝝ litterarum ad me missaꝝ promissa me minissem & haberẽ a Furnio nostro tua penitus cõsilia cognita. Sed senatui maiora uisa sunt q̃ erãt expectata non quo unquã de tua uo lũtate dubitasset: sed nec q̃tum facere posses nec quo progredi uelles exploratũ satis habebat. Itaq; cũ ad vii. idus aprilis mane mihi tuas litteras M. uarisidius reddidisset easque legissem incredibili gaudio sum elatus: cumq; magna multitudo optimoꝝ uirorũ & ciuiũ me de domo deduceret feci continuo omnis participes meæ uoluptatis. In terim ad me uenit numatius noster ut consueuerat. at ego ei litteras tuas. nihil dum enim sciebat. Nam ad me primũ Varisidius uenerat idq; sibi mandatum a te esse dicebat legendas traddidi paulo post: idem mihi numatius eas lr̃as legẽdas dedit: quas ipsi miseras & eas quas publice. Placuit nobis ut statim ad Cornutũ prætorem urbanũ lr̃as deferremus: qui ꝗ cõsules aberãt cõsulare munus sustinebat mo re maiorum. Senatus est continuo conuocatus frequensque conuenit proter famã atq; expectationem tuaꝝ lr̃arum. Recitatis litteris ob/ lata religio Cornuto est pullariorũ admonitu non satis diligenter eũ auspiciis operam dedisse: idq; a nr̃o collegio comprobatũ est. Itaque res dilata est in posteꝝ eo aũt die magna mihi pro tua dignitate cõ tentio cum Seruilio fuit: qui cum gr̃a effecisset ut sua sentẽtia prima pronũciaretur frequens eũ senatus reliquit: & in alia oĩa discessit me que sententiæ quæ secunda pronũtiata erat cum frequẽs assentiretur senatus rogatu Seruilii publius Titius intercessit. res ĩ posterũ dilata uenit paratus seruilius ioui ipsi iniquus cuius in templo res agebat̃. hũc queadmodũ fregerim quãtaq; contentione Titium intercessorem abiecerim malo te ex aliorũ lr̃is cognoscere Vnum hoc ex meis sena tus grauior cõstãtior amicior tuis laudibus esse nõ potuit quãtũ fuit nec uero tibi senatus amicior quã cũcta ciuitas. Mirabiliter enĩ popu lus ro. uniuersus & oĩum generũ ordinũq; cõsensus ad liberãdã rẽp. cõspirauit. Perge igitur ut agis nomenq; tuũ cõmenda immortalita ti: atq; hæc omnia quæ habent spes gloriæ collectã inanissimis splen doris insignibus contemne breuia fugacia caduca existima. Verum decus in uirtute positum est: quæ maxime illustratur magnis in rẽp. meritis. Eam facultatẽ habes maximã quã quando cõplexus es tene perfice ut ne mĩus resp. tibi q̃ tu reip. debeas. Me tuæ dignitatis nõ mõ fautorem: sed et̃ amplificatorẽ cognosces id cũ reip. quæ mihi ẽ uita mea carior tũ nr̃æ necessitudini debere me iudico. Atq; in his cu ris quas contuli ad dignitatem tuã. cepi magnã uoluptatem: quod be ne cognitã mihi Titi numatii prudentiã & fidem magis et̃ perspexi

ĩ eius ĩcredibili erga te beniuolẽtia & diligẽtia iii.idus aprilis. Vale.

Cn. Plancus Imperator. M. T. Ciceroni. S. d. p.

Mmortales ago tibi gatias agãq; dum uiuã.nam relaturũ me affirmare non possum. tantis enim tuis officiis non uideor mi hi respondere posse nisi forte ut tu disertissime grauissimeq; scripsisti ita sensurus es ut me referre gratiam putes cum memoria tenebo. Si de filii tui dignitate esset actũ amabilius certe nihil facere potuisses primæ tuæ sẽtẽtiæ infinitis cũ muneribus posteriores ad tẽpus arbi/triũq; amicoꝝ meorum conpositæ orõ assidua perpetua & de me iur gia cũ obtrectatoribus propter me notissima mihi sunt. Non medio/cris adhibenda mihi cura est ut reip. me ciuem dignũ tuis laudibus præstem in amicicia tua memoré atque gratũ. Quod reliquũ est tuũ munus tuere & me si qué esse uoluisti eũ exitũ rebus: qué cognoscis defende ac suscipe. Cum rhodanũ copias traiecissem fratremq; cũ tri bus milibus equitũ præmisissem ipse iter ad Mutinã dirigerem in iti nere de prælio facto brutoque & mutina obsidione liberatis audiui animaduerti nullũ aliũ receptum antoniũ: reliquiasq; quæ cum eo es sent habere nisi in his partibus: duasq; ei spes esse propositas. unam lepidi ipsius alterã exercitus: quod qædam pars exercitus non minus furiosa est quã qui cũ antonio fuerũt: equitatum reuocaui ipse in alo brogibus constiti ut perinde ad oĩa paratus essem acres me moneret Si nudus huc se antonius conferet facile mihi uideor per me sustine re posse réq;p. ex uestra sententia administrare: q̃uis ab exercitu lepi di recipiatur. Si uero copiarũ aliquid secũ adducet & si decima legio ueterana: quæ nr̃a opera reuocata cum reliquis est ad eũdem furoré redierit: tamen ne quid detrimenti fiat dabitur opera a me idq; me præstaturũ spero dum istinc copiæ traiiciãtur conuíctæq; nobiscũ fa cilius perditos opprimãt. hoc tibi spondeo mi Cicero neque animum neque diligentiã mihi defuturã. Cupio me hercule nullam residuam sollicitudiné esse: sed si fuerit nec animo nec beniuolentiæ nec patien tiæ cuiusquã pro uobis cedam. Do quidem ego operã ut etiã lepidũ ad huius rei societatem incitem oĩaq; ei obsequia polliceor si modo remp. respicere uolet. Vtor in hac re adiutoribus interprætibusque fratre meo & laterense & Furnio nostro non me impedient priuatæ offensiones quominus pro reip. salute etiã cum inimicissimo consenti am: q̧ si nihil profecero nihilominus maxĩo sũ animo & maiore for/tasse cũ mea gloria uobis satisfaciã. fac ualeas meq; mutuo diligas

M. T. Cicero Cn. Planco Imperatori. S.d.p.

T primũ data eſt poteſtas augendæ dignitatis tuæ nihil præ/termiſi in te ornando quod poſitũ eſſet aut in præmio uirtutis aut in honore uerborũ. Id ex ipſo ſenatuſcõſulto poteris cognoſcere. Ita enim eſt perſcriptũ ut a me deſcripto dicta ſentẽtia eſt: quã ſenatus frequens ſecutus eſt ſummo ſtudio magnoq; cõſenſu. Ego quãq̃ ex tuis litteris quas mihi miſiſti perſpexerã te magis iudicio bonoꝝ q̃ inſignibus gloriæ delectari: tamen conſiderãdum nobis exiſtimaui etiã ſi tu nihil poſtulares quãtũ tibi a rep. deberet̃. Tu cõtexes extrema cũ primis. Qui enim M. antoniũ oppreſſerit is bellum cõfecerit Itaq; homerus non aiacem nec Achilẽ: ſed ulixem appellauit πτολιπόρθον Vale.

M. T. Cicero. Cn. Planco Imperatori. S.d.p.

Gratam famam biduo ante uictoriã de ſubſidio tuo de ſtudio de celeritate de copiis atq; etiã hoſtibus fuſis ſpes omnis ĩ te eſt: fugiſſe enim ex prælio mutinenſi dicunt̃ notiſſimi latronum duces. Eſt aũt nõ minus gratũ extrema delere q̃ prima depellere. Eqdẽ ſpectabã iam tuas litteras idq; cũ multis ſperabãque et lepidũ reip. temporibus admonitum tecũ & reip. ſatis eſſe facturũ. In illã igit̃ curã incũbe mi Plance ut ne qua ſintilla teterrimi belli relinquatur. quod ſi erit factũ & remp. diuino beneficio affeceris & ipſe æternam gloriam conſequere. d. iii. idus mai. Vale.

Cn. Plancus Imperator M. T. Cic. S.d.p.

Is litteris ſcriptis quæ poſtea accidiſſent ſcire te ad rẽp. putaui pertinere. Sedulitas mea ut ſpero & mihi & reip. tulit fructum Namq; aſſiduis internunciis cum lepido egi ut omiſſa oĩ cõtentiõe reconciliataq; uoluntate nr̃a communi conſilio reip. ſuccurreret ſe liberos urbemq; pluris quã unũ perditum abiectũq; latronem putaret obſequioque meo ſi ita faceret ad oĩs res abuteret̃. Profeci itaque p laterenſem ĩternũtiũ fidem mihi dedit ſe antoniũ ſi prohibere ꝓuintia ſua non potuiſſet bello pſecutuꝝ me ut uenirẽ copiaſq; cõiũgerẽ rogauit eoque magis ꝙ & antonius ab equitatu firmus eſſe dicebat̃ & lepidus ne mediocrem quidem equitatũ habebat. Nam et̃ ex paucitate eius non multis ante diebus decem: qui optimi fuerãt ad me trãſiuerũt: quibus rebus ego cognitis cõctatus nõ ſum ĩ curſu bonoꝝ

cōsiliorū lepidum adiuuādū putaui. Aduentus meus quid ꝓfecturus esset uidi: uel quod equitatu meo persequi atque opprīere equitatum eius posse. uel ꝙ exercitus lepidi eam partem quæ corrupta est & ab rep. alienata & corrigere & coercere præsentia mei exercitus possem Itaque in isara flumine maximo quod infinibus est alobrogum pōte uno die facto exercitū ad iiii. idus maii traduxi. Cum uero mihi nunciatū esset l. Antōium præmissum cū equitibus & cohortibus ad forū Iulii uenisse fratrem cum equitum quattuor milibus ut occurreret ei misi ad iii. idus mai ipse maxīs itineribus cū quattuor legionibus expeditis & reliquo equitatu subsequar. Si nos mediocris mō fortūa reip. adiuuerit & audaciæ perditorū & nr̄æ sollicitudinis hic finē reperiemus. Quod si latro præcognito nostro aduētu rursus in italiam se recipere cœperit bruti erit officiū occurrere ei cui scio nec consiliū nec animū defuturū. Ego tamen si id acciderit fratrē cum equitatu mittā: qui sequatur italiā a uastatione defendat. Fac ualeas meq; mutuo diligas. Vale.

M. T. Cicero. Cn. Planco Imp. S. d. p.

Ihil post hominū memoriā gloriosius nihil gratius ne tempore quidē ipso opportūius accidere uidi q̄ tuas Plāce litteras. Redditæ sunt enī frequenti senatu cornuto cū is frigidas sane & incōstantis recitasset litteras lepidi sub eas statim recitatæ sunt tuæ nō sine magnis quidē clamoribus. cū enim rebus ipsis essent & studiis beneficiisq; in rep. gratissime tū erāt grauissimis uerbis ac sentētiis flagitare senatus institit cornutum ut referret statim de tuis litteris ille se considerare uelle dixit. cum ei magnum conuitiū fieret a cūcto senatu quinq; tribuni plebis rettulerūt. Seruilius rogatus rem distulit Ego eā sentētiā dixi cui sunt assensi ad unū ea quæ fuerit ex senatuscō sulto cognosces. Tu quanq̄ consilio non eges uel abundas potius tāen hoc aio esse debes: ut nihil huc reiicias neue in rebus tā subitis tāq; angustis a senatu consiliū petendum putes ipse tibi sis senatus. quocūque te ratio reip. ducet sequare cures ut ante factū aliquod a te egregium audiamus q̄ futurū putarimus. Illud tibi promitto quidqd erit a te factū id senatum nō modo ut fideliter: sed etiā ut sapienter factum cōꝓbatuꝝ. Vale.

Cn. Plancus Imp. M. T. Ciceroni. S. d. p.

Ntonius idus maias ad foꝝ iulii cum primis copiis uenit Ventidius bidui spatio abest ab eo lepidus ad forum voconii castra

qui locus a foro iulii quattuor & uiginti milia passus abest ibiq; me expectare cõstituit queadmodũ ipse mihi scripsit: quod si oĩa mihi integra & ipse & fortuna seruarit recipio uobis celeriter me negotium ex sententia confectuꝝ fratrem meũ assiduis laboribus concursatiõi/busq; cõfectũ grauiter se habuisse antea tibi scripsi: sed tãen cũ pri/mũ posse ingredi cœpit nõ magis sibi quã reip. se cõualuisse existi/mãs ad oĩa pericula princeps esse non recusauit. Sed ego eum nõ so/lum hortatus sum uerũ etĩ coegi isto ꝓficisci: ꝙ & illa ualitudine magis conficere se q̃ me tueri posset in castris & ꝙ acerbissimo interitu cõsulum rẽp. nudatã tali ciue prætore in urbãis officiis idigere existimabã. Quod si quis uestrũ improbabit mihi prudentiã in cõsilio defuisse sciat nõ illi erga patriam fidelitaté. Lepidus tamen quod ego desiderabã fecit ut appellam ad me mitteret: quo obside fide illius & societate in rep. administrãda uterer. Studiũ mihi suũ lucius Gelius de tribus fratribus sex: gauiano probauit: quo ego interpræte nouissime ad lepidũ sum usus amicũ eũ reip. cognoscere uideor. libenter ei sum testimonio & omnibus ero qui bene merent᷑ Fac ualeas meque mutuo diligas: dignitatéq; meã si mereor tuearis sicut adhuc singulari cum beniuolentia fecisti. Vale.

Cn. Plancus Imp M. T. Cic. S. d. p.

Vid in animo habuerim cũ leernus neruaq; discesserunt a me & ex litteris: quas eis dedi & ex ipsis cognoscere potuisti: qui omnibus rebus consiliisq; meis interfuerũt. Accidit mihi ꝙ homini pudenti & cupido satisfaciendi reipu. bonisq; oĩbus accidere solet ut cõsiliũ sequerer periculosum magis dum me probarem q̃ tutũ quod habere posset obtrectationem. Itaque post discessum legatorũ cum binis continuis lr̃is & lepidus me: ut uenirem rogaret & laterẽsis multo etĩ magis prope implorãs obtestaret᷑ nõ ullã rem aliã extimescens q̃ eandem quæ mihi quoque facit timoré uarietaté atq; infidelitaté exercitus eius nõ dubitãdũ putaui quin succurrerem meq; cõi periculo offerrem. Sciebã enim & cautius illud erat consilium expectare me ad Isarã dum brutus tranceret exercitum & cum collega consentiente sicut milites faciũt ostibus obuiã ire: tãen si qd lepidus bene sẽtiẽs detrimenti cepisset: hoc omne assignatũ iri aut pertinaciæ meæ aut timori uidebã si aut hoĩem ofensum mihi coniunctũ cũ rep. nõ sub/leuasse aut ipse a certamĩe belli tam necessarii me remouissem Itaq; potius periclitari uolui si posset mea præsentia & lepidum tueri & exercitũ facere meliorem quam nimis cautus uideri Sollicitiorem certe

hominē nō suis cōtractis nemiem puto fuisse. Nam quæ res nullam habebat dubitationē si exercitus lepidi absit ea nūc magnā affert sol licitudinem magnūq; habet casum. mihi enim si contigisset ut prior occurrerem antonio non mehercule horā constitisset. tātū ego & mi hi confido & sic perculsas illius copias uentidiiq; mulionis castra de spicio: sed non possum nō exhorrescere si quid itra cutē subest uulne ris quod prius nocere potest q̄ sciri curariq; possit. Sed certe nisi uno loco me tenerē magnū periculū ipse lepidus magnum ea pars exerci tus adiret: quæ bene de rep. stetit magnā etiā perditi hostes accessionē sibi fecissent si quas copias a lepido abstraxissent: quæ si aduētus me us repræsserit agā gratias fortunæ cōstātiæq; meæ: quæ ad hanc exp ientiam excitauit. Itaque ad xii. kl. iunii ab isara castra moui: pōtem tamen quē in Isara feci castellis duobus ad capita positis reliqui: præ sidiaq; ibi firma posui ut uenienti Bruto exercituique eius sine mora transitus esset paratus. Ipse ut spero diebus viii. quibus has lr̄as da/ bam cum lepidi copiis me coniūgam. Vale.

M. T. Cicero Cn. Planco Imp. S. d. p.

Vanquā gratiarū actionē a te nō desiderabā cū te re ipsa atq; animo scirem esse gratissimū tamen: fatendū est enim. fuit ea mihi periocūda: sic enī uidi quasi ea quæ oculis cernūt̄ me a te ama ri. Dices quid. antea semper quidem: sed nūquā illustrius. litteræ tuæ mirabiliter gratæ sunt senatui cū rebus ipsis: quæ erāt gratissimæ & maxime fortissimi animi sūmiq; consilii tū et̄ grauitate sententiarum atque uerborū: Sed mi Plance incumbe: ut belli extrema perficias: In hoc erit sūma & gratia & gloria. cupio omnia reip. causa sed meher cule in ea cōseruāda iā defatigatus nō multo plus patriæ faueo quā tuæ gloriæ: cuius maximā facultatē tibi dii immortales: ut spero de / dere: quam complectere obsecro: qui enim antoniū oppræsserit is hoc bellū teterrimum periculosumque confecerit. Vale.

M. T. Cicero Cn. Planco. Imp. S. d. p.

Ta erant omnia: quæ istinc afferebantur incerta ut quid ad te scriberē nō occurreret. modo enī quæ uelemus de lepido mō cō tra nūciabantur De te tamen fama cōstās nec decipi posse nec uici quorū alterius fortuna partem habet quādam: alterū propriū est pru dentiæ tuæ. Sed accepi lr̄as a collega tuo datas idibus maiis in qbus

erat te aſcripſiſſe a lepido non recepi antonium: quod erit certius ſi tu ad nos idem ſcripſeris. Sed minus audes fortaſſe propter inanẽ lætitiã litteraꝝ ſupiorũ. Verũ ut errarem id Plance noluiſti quis enim id effugerit ſic decipi te potuiſſe quis nõ uidet? Nunc uero etiã iam erroris cauſa ſublata eſt culpa enim illa bis ad eũdem uulgari repræhenſa ꝓuerbio eſt. Sin ut ſcripſiſti ad collegã ita res habet omni cura liberati ſumus: nec tamen erius prius q̃ ita eſſe tu nos feceris certiores. Mea q́dẽ ut ad te ſæpius ſcripſi hæc ſẽtẽtia ẽ: q reliquas huius belli oppreſſerit cũ totius belli confectorem fore: quem te & opto eſſe & cõfido futuꝝ. Studia mea erga te quibus certe nulla eſſe maiora potuerũt tibi tã grata eſſe quã ego putaui fore minime miror uehemẽterq; letor: quæ quidẽ tu ſi recte iſtic erit maiora & grauiora cognoſces iiii. kl. iunii. Vale.

Cn. Plncus Imp M. T. Cicer. S. d. p.

Vderet me incõſtantiæ meaꝝ litterarũ ſi nõ ex aliena leuitate penderẽt oĩa feci. quare lepido cõiuncto ad remp. defendendã minore ſollicitudine ueſtra perditis reſiſtere. omnia ei & petenti recipi & ultro pollicitus ſum ſcripſiq; tibi biduo ante cõfidere me bono lepido eſſe uſurũ cõiq; cõſilio bellũ adminiſtratuꝝ credidi chirographis eius affirmatione præſentis laterẽſis qui tũ apud me erat reconciliaremq; me lepido fidemq; haberẽ orabat. Non licuit durius bene de eo ſperare. Illud certe caui & cauebo ne mea credulitate reip. ſũma fallat̃. cum iſara flumen uno die ponte effecto exercitũ traduxiſſem pro magnitudine rei celeritatẽ adhibens quod petierat per lr̃as ipſe ut maturarem uenire præſto fuit mihi ſtator eius cũ lr̃is: q̇bus ne uenirem denũciabat ſe poſſe conficere per ſe negocium interea ad iſarã expectarem Indicabo temerariũ meum cõſiliũ tibi. nihil ominus ire decreuerã exiſtimãs eũ ſociũ gloriæ uitare putabam poſſe me nec de laude ieiuni hominis delibare quicq̃ & ſubeſſe tamen propinquis locis ut ſi durius aliquid eſſet ſuccurrere celeriter poſſem. Ego nõ malus homo hoc ſuſpicabar. At laterenſis uir ſanctiſſimus ſuo chirographo mittit mihi lr̃as In eisq; deſperãs de ſe de exertu de lepidi fide querensq; ſe deſtitutũ in q̇bus aperte denũtiat uideam ne falar ſuam fidem ſolutã eſſe. reip. ne deſim: exemplar eius chirographi Titio mi ſi ipſe chirographa oĩa & quibus credidi & ea quibus fidem non habendã putaui leuociſpio dabo perferẽda qui omnibus his interfuit rebus Acceſſit eo ut milites eius cũ lepidus cõcionaret̃ improbi per ſe corrupti et̃ per eos qui præſunt canidios rufrenosq; & cæteros quos

cum opus erit ſcietis conclamarit uiri boni pacem ſe uelle neque eſſe cũ ullis pugnaturos duobus iam cõſulibus ſingularibus occiſis tot ci uibus pro patria amiſis hoſtibus denique oĩbus iudicatis bonisq; pu blicatis neque hoc aut uindicarat lepidus aut ſanarat.huc me uenire & duobus exercitibus coniunctis obiicere exercitũ fideliſſimũ maxĩa auxilia principes galliæ prouĩtiã cũctã ſummæ dementiæ & temeri tatis eſſe uidi.mihiq; ſi ita oppreſſus eſſem remq;p.mecũ prodidiſſẽ mortuo non mõ honorem:ſed miſericordiã quoque defuturã.Itaque rediturus ſum nec tãta munera perditis hominibus dari poſſe ſinam exercitũ locis habebo oportunis prouintiam tuear eẽ ſi ille exercitus deſiuerit.oĩaq; ĩtegra ut ſeruẽ dabo opã quoad exercitus huc ſũitatis pariq; fœlicitate remp .hic uĩdicetis:nec depugnare ſi ocaſio tulerit nec obſideri ſi neceſſe fuerit nec mori ſi caſus inciderit ꝓ uobis parati or fuit quiſquã.Quare hortor te mi Cicero exercitũ huc traiiciendũ quãprimũ cures & matures prius q̃ hoſtes magis corroborẽt̃ & nr̃i perturbent̃.In quo ſi celeritas erit adhibita resp.in poſſeſſione uicto riæ deletis ſceleratis permanebit .Fac ualeas meq; diligas.Fratrem meum tibi fortiſſimũ ciuem & ad oĩa paratiſſimũ excuſes litteris.q ex labore in febriculã incidit aſſiduã & ſatis moleſtã.cum primũ po terit iſtoc recurrere non dubitabit ne quo loco reip.deſit.Meã digni tatem cõmẽdatã habeas rogo cõcupiſcere me nihil oportet.habeo te & amãtiſſimũ mei:& quod optaui ſũmæ auctoritatis.Tu uideris q̃tũ & quãdo tuũ munus apud me uelis eſſe.Tantũ te rogo in hircii locũ me ſubdas & ad tuũ amorem & ad meã obſeruantiã . Vale .

M.T.C.Cn.Planco Imp.S.d.p.

N te & in collega omnis ſpes eſt diis approbãtibus concordia ueſtra quæ ſenatui declarata litteris ur̃is eſt mirifice & ſenatus & cuncta ciuitas delectata eſt.Quod ad me ſcripſeras de re agraria ſi conſultus ſenatus eſſet ut quiſque honorificentiſſimã de te ſenten/ tiã dixiſſet eam ſecutus eſſem qui certe ego fuiſſem:Sed propter tar ditatem ſẽtẽtiaꝝ morãq; rerũ cum ea quæ cõſulebãtur ad exitũ non peruenirent cõmodiſſimũ mihi Plancoq; fratri uiſum eſt uti eo quod ne nr̃o arbitratu cõponeretur:quis fuerit impedimẽto arbitror te ex Plãci litteris cognouiſſe.Sed ſiue in ſenatuſcõſulto ſiue in cæteris re/ bus deſideras aliqd ſic tibi pſuade tãtã eſſe apud oĩs bonos tui chari tatẽ ut nullũ gẽus ãpliſſimæ dignitatis excogitari poſſit ꝙ tibi nõ pa ratũ ſit:lr̃as tuas uehemẽter expecto eqdẽ talis qualis maxĩe opto .

Cn.Plancus Imp M.T.C.S.d.p.

Vnquã me hercule mi Cicero pœnitebit maxima pericula pro patria subire:dum si quid acciderit mihi a repræhẽsione teme ritatis absim.confiterer imprudentia me lapsum si unquam lepido ex aĩo credidisse:credulitas enim error est magis q̃ culpa & quidem in optimi cuiusq; mentem facillime irrepit.Sed ego non hoc uitio pene sum deceptus.Lepidũ uero pulchre norã.Quid ergo est? pudor me: qui in bello maxime est periculosus hũc casum coegit subire nam si uno loco essem uerebar ne cui obtrectatorũ uiderer & nimiũ pertina citer lepido ĩfẽsus & mea patiẽtia etiã alere bellũ. Itaq; copias ꝓpe in conspectũ Lepidi Antoniiq; adduxi quadragitaq; miliũ passuũ spa tio relicto consedi eo consilio ut uel celeriter accedere uel cũ salute re cipere me possem.Adiunxi hoc in loco eligendo flumen oppositum ut haberẽ in quo mora transitus esset.Vocontii sub manu ut essent per quorũ loca fideliter mihi pateret iter lepidus desperato aduentu meo quẽ non mediocriter captabat se cũ antonio coniũxit ad iiii.kl.iunii eodemq; die ad me castra mouerũt.Viginti milia passuũ cũ abessẽt res mihi nunciata est.dedi operã deũ benignitate ut & celeriter me reciperem & hic discessus nihil fugæ simile haberet non miles ullus non eques non quicq̃ impedimẽtoꝝ amitteret̃ aut ab illis feruẽtibus latronibus interciperet̃.Itaq; pridie nonas iunias oĩs copias isaram traieci:pontesq; quos fecerã interrupi ut spatium ad se colligendum homines haberent:ego me interea cũ collega cõiungerem:quem tri duo cũ his dabã lr̃as expectabã laterensis nr̃i & fidem & animũ in rempu.singularem semper fatebor:sed certe nimia eius indulgentia in lepidum ad hæc pericula perspicienda fecit eum minus sagacem: qui quidem cum ĩ fraudem se deductũ uideret manus quas iustius in lepidi perniciem armasset sibi afferre conatus est:ĩ quo casu tamẽ interpellatus & adhuc uiuit & dicitur uicturus:sed tamẽ de hoc mihi parũ certũ est:& magno cum dolore paricidaꝝ elapsus sum his.Ve niebant enim eodem furore in me quo in patriã incitati. Iracundias autem harũ rerum recentis habebant quod lepidũ castigare non de stiterã ut extingueret bellũ:quod colloquia facta improperabam ꝙ legatos fide lepidi dimissos ad me in conspectum uenire uetuerã:ꝙ Caiũ catinum uestinũ tribunum militum missum ab Antonio ad me cum lr̃is exceperã.In quo hãc capio uoluptatẽ quod certe quo magis me petiuerũt tanto maiorem his frustratio dolorem attulit. Tu mi Cicero quod adhuc fecisti idem præsta ut uigilanter neruoseq; nos q

ſtamus in acie ſubornes. Veniat Cæſar cū copiis quas habet firmiſſimas: aut ſi ipſum aliqua res impedit exercitus mittatur: cuius ipſius magnū periculū agitur. quicqd aliquādo futuꝝ fuit ī caſtris perditorum contra patriā hoc omne iam conuenit. Pro urbis uero ſalute cur nō omnibus facultatibus quas habemus utamur? Quod ſi uos iſtic non defueritis profecto quod ad me attinet omnibus rebus abunde reip. ſatiſfaciā. Te quidem mi Cicero in dies mehercule habeo cariorem ſollicitudinesq; meas quottidie magis tua merita exacuunt ne quid aut ex amore aut ex iudicio tuo perdā. opto ut mihi liceat iam præſenti pietate meorū officiorū tua beneficia tibi facere iucundiora. viii. idus iunii cinarone ex finibus Alobrogum. Vale.

Cn. Plancus Imp M. T. Cic. S. d. p.

Acere non poſſum quin in ſingulas res meritaq; tua tibi grās agam: ſed mehercule facio cum pudore. Neque enim tanta neceſſitudo quātā tu mihi tecū eſſe uoluiſti deſiderae uidetur grārum actionem: neque ego libēter ꝑ maximis beneficiis tuis tam uili munere defungor orōnis & malo præſens obſeruātia indulgentia aſſiduitate memorē me tibi probare: quod ſi mihi uita contigerit oīs gratas amicicias atq; eē pias propinquitates in tua obſeruātia indulgentia aſſiduitate uincā. Amor enim tuus ac iudiciū de me utrum mihi plus dignitatis in perpetuū an uoluptatis quottidie ſit allaturus nō facile dixerim De militū cōmodis fuit tibi curæ quos ego non potentiæ meæ cauſa. nihil enī me non ſalutariter cogitare ſcio ornari uolui a ſenatu: ſed primum quod meritos ita iudicabā deinde quod ad omnis caſus coniunctioris reipublicæ eſſe uolebam nouiſſime ut ab omni omnium ſollicitatione auerſos eos talis uobis præſtare poſſem quales adhuc fuerūt. Nos adhuc hic omnia integra ſuſtīuimus: quod cōſilium noſtrū & ſi quāta ſit auiditas hominū nō ſine cauſa talis uictoriæ ſcio tamen uobis probari ſpero. Non enim ſi quid in his exercitibus ſit offenſum magna ſubſidia resp. habet expedita quibus ſubito impetu ac latrocinio paricidarū reſiſtat. Copias uero noſtras notas tibi eſſe arbitror: In caſtris meis legiones ſunt ueteranæ tres tironū uel luculentiſſima ex omnibus una ī caſtris Bruti una ueterana legio altera bima octo tyronū ita ūiuerſus exercitus numero ampliſſimus eſt firmitate exiguus q̄tum autem in acie tironi ſit comittendum nimium ſæpe expertum habemus. Ad hoc robur noſtrorum exercituū ſiue affricanus exercitus q eſt ueteranus ſiue Cæſaris acceſſiſſet æquo

animo summa reip in discrimen deduceremus. Aliquanto autem ꝓpi us esse quod ad Cæsarem attinet uidebamus. Nihil destiti eū lrīs hor tari neque ille itermisit afirmare se sine mora·cum interim auersum illum ab hac cogitatione ad alia cōsilia uideo se contulisse·ego tamen ad eū furnium nostrum cum mandatis litterisq; misi: si quid forte ꝓfi cere posset·Scis tu mi cicero quod ad cæsaris amoré attiet societatem mihi esse tecum uel quod in familiaritate Cæsaris uiuo illo iam tueri eū & diligere mihi fuit necesse uel quod ipse quoad ego nosse potui moderatissimi atque humanissimi fuit sensus: uel quod tam ex insigni amicicia mea atq; cæsaris hunc filii loco & illius & uestro iudicio susti tutum: nō perinde habere turpe mihi uidetur: sed quicqd tibi scribo do lēter me hercules magis quaminimice facio. quod uiuit Antonius ho die: quod lepidus una est quod habent exercitus non cōtemnendos ꝙ spant quod audent omne Cæsari acceptum refferre possūt. Neque ego supiora repetam sed ex eo tēpore quo ipse mihi ꝓfessus est se uenire si uenire uoluisset aut oppressum iā bellū esset aut in aduersissimā illi his paniam cum detrimento eorum maximo extrusū. Quæ mens eū aut quoꝝ cōsilia a tanta gloria sibi uero etiam necessaria & salutari auoca rint & ad cogitationem cōsulatus bimestris sūmo eū terrore hominū & insulsa eum efflagitatione transtulerīt exputare nō possum. Multū in hac re mihi uidēt necesarii eius & rei p. & ipsius eam ꝓficere posse plurimū ut puto tu quoq;: cuius ille tanta merita habet quanta nemo præter me. Nunq̄. n. obliuiscar maxima ac plurima me tibi debere. De his rebus ut exigeret cū eo furnio mādaui. ꝙ si quantū debeo habuero apud eum auctoritaté plurimū ipsū iuuero. Nos īterea duriore cōditi one bellū sustinemus. ꝙ neque expeditissimam dimicationem putamus neq; tamen refugiēdo commissuri sumus ut maius detrimentum resp accipere possit. quod si aut cæsar se respexerit aut affricanæ legiones celeriter uenerīt securos uos ab hac parte reddeūs Tu ut īstituisti me dilgas rogo. ꝓpriūque tuū esse tibi ꝑsuadeas v. kl. sextiles ex castris. Vale.

M. T. C. Cn. planco. Imper. S. d. p.

I interest id quod homines arbitrantur reip. ut instituisti atq; fecisti nauare opam rebusq; maximis quæ ad extinguēdas re liquias belli ptinet īteresse nihil uideris melius nec laudabilius neq; honestius facere posse istāq; operam tuam nauitatem animū inrep. præturæ celeritati anteponēdam censeo. Nolo enim te ignorare q̄tā laudem consecutus sis mihi crede ꝓximā planco idque ipsius planci

testimōio præterea fama sentētiaq; ōium: Quam ob rem si qd operis tibi etiam nunc restat id maximo opere cēseo psequendū: Quid eni honestius? aut qd hōesto anteponēdum? Sin autem satisfactū reipu. putas celeriter ad comitia quoniā mature futura sunt ueniēdū censeo dū modo ne quid hæc ābitiosa festinatio imminuat eius gloriæ quam consecuti sumus: Multi clarissimi uiri cū reip. darent opam ānum pe titiōis suæ non obierūt: quod eo facilius nobis est quod nō est annus hic tibi destinatus. ut si ædilis fuisses post biēniū tuus ānus esset nūc nihil præter uidebere usitati & quasi legitimi temporis ad petēdum. Video autē Plāco consule & si etiā sine eo rationes expeditas haberes tamen splēdidiorem petitionem tuam si modo ista ex sētentia cōfecta essent. oīno plura me scribere cū tuū tamen consilium iudiciumq; sit arbitrabar nō ita necesse. sed tamem sētentian meam tibi ignotā esse nolebam. cuius est hæc sūma ut omnia te metiri dignitate malim q̄ ambitione. maiorēq; fructū pōere ī ppetuitate laudis q̄ in celeritate præturæ. hæc eadē locutus sum domi meæ. adibito quinto fratre meo & cecina & caluisio studiosissimis tui cū Dardāus libertus tuus inter esset. omnibus pbari uidebatr oratio mea sed tu optīe iudicabis. Vale

M. T. Cicero. C. Furnio. S. d. p.

Ectis tuis līis quibus declarabas aut obmittendos narbonen sis aut cum periculo dimicādum illud magis timui quod uita tum nō moleste fero. Quod de planci & bruti cōcordia scribis in eo uel maximā spem pono uictoriæ. De galloꝝ studio nos aliquādo co/ gnoscemus ut scribis cuius id opera maxime excitatū sit sed iā mihi crede cognouimus. Itaq; iocūdissimis tuis līis stomachatus sum in extremo scribis enim in sextilem ad comitia cito te: sed si iam cōfecta citius ne diutius cum periculo fatuus sis. O mi Furni q̄ tu tuam cau sam nō nosti qui alienas tam facile discas? tu nūc candidatū te putas & id cogitas ut aut ad comitia curras: aut si iam confecta domi tuæ scilicet sis ne cum maximo periculo ut scribis stultissimus sis. non ar bitror te ita sentire oīs enim tuos ad laudē impetus noui: quod si ut scribis ita sentis non magis te quā de te iudiciū repræhendo meum Te adipiscendi magistratus leuissimi & diuulgatissimi si ita adipisca re ut plerique præpropera festinatio abducet a tātis laudibus qbus te omnes in cælum iure & uere ferūt scilicet id agitur utrum hac pe titione an proxima prætor fias non ut ita de rep. mereare omni ho/ nore ut dignissimus iudicere. uerū nescis quā alte ascenderis an pro

nihilo id putas? si nescis tibi ignosco nos in culpa sumus sin ītelligis ulla tibi est prætura uel officio: quod pauci uel gloria quam omnes secūtur dulcior? hac de re & ego & caluisius homo magni iudicii tui que amātissimus te accusamus quottidie: comitia tamē quādo ex his pendes quantū facere possumus quod multis de causis reip. arbitra/bamur conducere in ianuariū mensem ꝓ trudimus: vince igit̃ & uale.

M. T. Cic. M. Lepido. S. d. p.

Vod mihi pro summa erga te beniuolentia magnæ cure est ut quam amplissima dignitate sis moleste tuli te senatui gratias non egisse cum esses quottidie ab eo ordine ornatus summis honori bus pacis inter ciues cōciliādæ te cupidū esse lætor Pacem eā si a ser uitute seiungis cōsules reip. & dignitati tuæ sin ista pax perditū ho minē in possessionem īpotentissimi dominatus restitutā est hoc anīo scito omnes sanos ut mortem seruituti anteponāt. Itaque sapientius meo quidē iudicio facies si te in istā pacificationē nō interpones: quæ neque senatui neq; populo neq; cuiq̄ bono ꝓbat̃: Sed hæc audies ex aliis aut certior fies l̄ris: Tu ꝓ tua prudētia: qd optimū factu sit uide bis. Vale.

M. T. Cic. C. Trebonio S. d. p.

Vam uellem ad illas pulcherrimas epulas me idibus martiis ī uitasses reliquarū nihil haberemus. At nūc cū his tātum nego cii est: ut uestrū illud diuinū in remp. beneficiū nō nullā habeat que relā. Quod uero a te uiro optimo seductus est tuoq; beneficio adhuc uiuit hæc pestis interdū quod mihi uix fas est tibi subirascor. Mihi enim plus negotii reliquisti uni q̄ præter me oībus. vt enim primum post Aantonii fedissimū discessū senatus haberi libere potuit ad illū animū meum reuerti pristinū quem tu cū ciue acerrimo patre tuo in ore & amore semp habuisti. Nam cum senatū ad xiiii. kl. ianuarii tr. ple. uocauissent deq; alia re referrent sum cōplexus totā remp. egiq; acerrime senatūque iā languentē & defessum ad pristinā uirtutē con suetudinēq; reuocaui magis animi q̄ ingenii uiribus hic dies meaq; cōtentio atque actio spem primum attulit populo romano libertatis recuperandæ. nec uero ipse postea tempus ullū intermisi de rep. nō cogitādi solū sed etiā agendi. Quod nisi res urbanas actaque omnia ad te perferri arbitrarer ipse perscriberem quanquam eram maximis occupationibus impeditus. Sed illa cognosces ex aliis a me pauca &

ea sumatim habemus fortem senatum consulares partī timidos partī male sentiētes magnum damnum factū est in seruilio. L. Cæsar optie sentit: sed quod auunculus est non acerrimas dicit sentētias. cōsules egregii præclarus. d. brutus egregius puer Cæsar de quo spero eqdē reliqua hoc uero certū habeo nisi ille ueteranos celeriter cōscripsisset legionesq; duæ de exercitu Antonii ad eius se auctoritatē cōtulissent atq; his oppositus esset terror antōio nihil antoniū sceleris nihil cru delitatis præteriturū fuisse. hæc tibi & si audita esse arbitrabar uolui tamen notiora esse: plura sribam si plus ocii habuero. Vale.

M. Tull. Cic. Appio S. d. p.

E meo studio erga salutē & incolumitatem tuā credo te cogno scere ex lrīs tuoꝝ: qbus me cumulatissime satisfecisse certo scio nec his concedo quāq̄ sint singulari in te beniuolentia ut te saluum malint q̄ ego. Illi mihi necesse est cōcedāt ut tibi plus q̄ ipsi hoc tem pore ꝓdesse possim: quod quidem nec destiti facere nec desistā: & iā in maxima re feci & fundamēta ieci salutis tuæ. Tu fac bono anīo ma gnoq; sis meq; tibi nulla re defutū esse cōfidas. pridie nōas qntiles. Vale

Seruius Galba Marco Tull. Cic. S. d. p.

Ecimo septimo kl. Mai quo die Pansa in castris & hircius erat futurus cū quo ego erā. nā ei obuiā processerā millia passuum centū quo maturius ueniret Antonius legiones eduxit duas secundā & quintā trigesimā & cohortes prætorias duas unam suam alteram scilicet illā euocatorū partem ita obuiā uenit nobis: quod nos quattu or legiones tironū habere solum arbitrabatur: sed noctu quo tutius uenire in castra possemus legionem martiā cui ego præesse solebam & duas cohortes prætorias miserat hircius nobis cū equites Antonii apparuissent cōtineri neque legio martia neq; cohortes prætoriæ po tuerūt quas sequi cœpimus coacti quādo retinere eas nō poteramus Antonius ad forū gallorū suas copias cōtinebat neque sciri uolebat se legiones habere tātū equitatū & leuem armaturā ostendebat Postea q̄ uidit se inuito legionē ire Pāsa sequi se legiones duas iussit tironū posteaq̄ angustias paludis & siluarū trāsiimus acies est instructa a nobis xii. cohortū nundū ueperātlegiones duæ repente Antonius in aciem suas copias de uico produxit & sine mora cōcurrit. Primo ita pugnatū ē ut acrius nō posset ex utraq; parte pugnari & si dexterius

cornu in quo ego erã cũ martiæ legionis cohortibus octo impetu primo fugauerat legionẽ trigesimã quintã Antonii ut ãplius passus cẽtũ ultra aciẽ a quo loco steterat processerit. Itaq; cũ equites nostrum cornu circũire uellent recipere me cœpi & leuem armaturã opponere maurorũ equitibus ne auersos nostros aggrederẽtur. Interim uideo me esse inter Antonianos Antoniũq; post me esse aliquanto repente equũ immisi ad eam legione tironũ quæ ueniebat ex castris scuto reiecto antoniãi me insequi nr̃i pila coniicere uelle ita nescio quo facto sum seruatus quod sum cito a nr̃is cognitus ĩ ipsa æmilia ubi cohors Cæsaris prætoria erat diu pugnatũ est cornu sinistrius quod erat infirmius ubi martiæ legionis duæ chortes erãt & cohors prætoria pedem referre cœperũt quod ab equitatu circũibãtur: quo uel plurimũ ualeret Antonius cum omnes se recepissent nr̃i ordines recipere me nouissimus cœpi ad castra. Antõius tanq̃ uictor castra putauit se posse capere quo cũ uenit complures ibi amisit nec egit quidquã. Audita re hircius cũ cohortibus uiginti ueteranis redeũti Antonio in castra sua occurrit copiasq; eius oĩs deleuit fugauit eodẽque loco ubi erat pugnatum ad forũ gallorũ Antõius cũ equitibus hora noctis quarta se in castra sua ad mutinã recepit hircius in ea castra rediit vnde Pãsa exierat ubi duas legiones reliquerat quæ ab Antõio erãt oppugnatæ: sic partem maiorẽ suarũ copiaꝝ Antonius amisit ueternarum nec id tãen sine aliqua iactura cohortiũ prætorianaꝝ nr̃arũ & legiõis martiæ fieri potuit: Aqlæ duæ signa lx. sunt relata ãtonii: res bene gesta est ad xii. kl. mai ex castris. Vale.

C. Asinius pollio M. T. Ciceroni. S. d. p.

Inime mirũ tibi debet uideri nihil me scripsisse de rep. posteaq̃ itum est ad arma. Nam saltus castulonensis qui semper tenuit nostros tabelarios & si nũc frequentioribus latrociniis ĩfestior factus est tamen nequaq̃ tãta in mora est quãta qui locis oĩbus dispositi ab utraq; parte scrutãtur tabellarios & retinent: Itaq; nisi naue perlatæ lr̃æ essent oĩo nescirem quid istic fieret nũc uero nactus occasionem posteaq̃ nauigari cœptũ est cupidissime & quãcreberrime potero scribam ad te ne moueare eius sermoninibus quem tam & si nemo est q uidere uelit tamen nequaq̃ perinde ac dignus est oderũt hoĩes. Periculum nõ est adeo enim ẽ inuisus mihi ut nihil nõ acerbũ putem quod comune cũ illo sit natura aũt mea & studia trahunt me ad pacis & libertatis cupiditatem. Itaq; illud initiũ ciuilis belli sæpe defleui: cum

uero non liceret mihi nullius partis esse quia utrobique magnos inimicos habebã ea castra fugi: in quibus plane tutum me ab isidiis inimici sciebã nõ futurũ compulsus eo quo minime uolebã ne in extrẽis essem plane pericula indubitãter adii Cæsarem uero quod me in tãta fortuna mõ cognitũ uetustissimoꝝ familiariũ loco habuit dillexi summa cũ pietate & fide: quæ mea sententia gerere mihi licuit ita feci ut optimus qsq; maxĩe ꝓbarit quod iussus sum eo tp̃e atq; ita feci ut appareret inuito imperatum esse cuius facti iniustissima inuidia erudire me potuit qnã iucũda libertas & q̃ misera sub damnatiõe uita esset. Ita si id agitur ut rursus in potestate oĩa unius sint quicũq; is est ei me profiteor inimicũ nec periculũ est ullũ quod pro libertate aut refugiã aut deprecer. Sed consules neque senatusconsulto neque lr̃is suis præceperãt mihi quid facerẽ. Vnas.n. post idus martias demum a Pansa litteras accepi in quibus hortatur me ut senatui scribam me & exercitũ in potestate eius futurũ: Quod cũ lepidus contionaret̃ atque oĩbus scriberet se consentire cũ Antonio maxime cõtrarium fuit Nam quibus cõmeatibus inuito illo per illius prouintiã legiones ducerem: aut si cætera transissem num etiã alpes poterã trãsuolare quæ præsidio illius tenentur: adde huc ꝙ perferri lr̃æ nulla cõditiõe potuerũt sescẽtis enim locis excutiunt̃ Deinde et̃ retinent̃ ab lepido tabellarii. Illud me cordubæ pro cõtione dixisse nemo uocabit in dubium ꝓuintiã me nulli nisi qui ab senatu missus uenisset traditurꝝ. Nam de legione trigesima tradenda quãtas cõtiones habuerim quid ego scribam: qua tradita quãto pro rep. ĩfirmior futurus fuerĩ quis ignorat: hac enim legione nolĩ acrius aut pugnatius qdquã putare esse Quare eum me esse existima qui primũ pacis cupidissimus sim omnis enĩ ciues plane studeo esse saluos Deinde qui & me & remp. uindicare ĩ libertatem paratus sim. Quod familiarem meũ tuoꝝ numero habes opinione tua mihi gratius est Inuideo illi tamen ꝙ ambulat & iocat̃ tecũ: quas res quãti æstimẽ si unquã licuerit uiuere in ocio experieris nullum enim uestigiũ abs te discessurus sum. Illud uehemẽter admiror non scripsisse te mihi manẽdo in prouintia an ducendo exercitum in italiã reip. magis satisfacere possim ego qdem & si mihi tutius ac minus laboriosũ est manere: tamẽ quia uideo tali t̃pore multo magis legionibus opus esse quã prouintiis: quæ presertim recuperari nullo negocio possũt cõstitui ut nunc est cũ exercitu ꝓficisci Dẽine ex lr̃is quas Pansæ misi cognosces omnia: Nã tibi earũ exemplar misi. xvii kl. apriles cordubæ. Vale.

C. Asinius pollio M. T. Ciceroni. S. d. p.

quia sum admiratus te qui hæc nosce deberes quicq̃ a me cõmissum quod esset alienũ nostra amicicia credidisse nã præter hæc quæ cõme moraui quæ testata sũt & illustria habeo multo occultiora quæ uix uer bis exeq possem.oĩa me tua delectant sed maxĩe maxima cũ fides in amicicia cõsiliũ grauitas cõstãtia tũ lepos humanitas litteræ. Qua ꝓpter redeo nũc ad querelã ego te suffragium tulisse in illa lege pri mũ nõ credidi deĩde si credidissem nũquam id sine aliqua iusta causa existimarẽ te fecisse. Dignitas tua facit ut aĩaduertatur qcquid facias maliuolentia aũt hominũ ut nõnulla durius q̃ a te facta sint ꝑferãt ea tu si nõ audis quid dicã nescio equidem si quãdo audio tã defẽdo quã me scio a te cõtra iniquos meos solere defendi. Defensio autem est duplex alia sunt quæ aliquãdo negare soleã ut de isto ipso suffra/ gio alia quæ defendã a te pie fieri & humane ut de curatione ludoꝝ sed te hominẽ doctissimũ nõ fugit si cæsar rex fuerit:quod mihi qui dem in utrãque partẽ uidetur de tuo officio disputari posse uel in eã qua ego uti soleo laudandam esse fidẽ & humanitatem tuã q amicũ et̃ mortuũ diligas uel in eã qua nõnulli utunt̃ libertatẽ patriæ uitæ amici ãteponẽdã. Ex his sermonibus utinã essẽt delatæ ad te disputa tiões meæ Illa uero duo quæ maxĩa sũt laudũ tuaꝝ qs aut libẽtius q̃ ego cõmemorat aut sæpius ?re & nõ suscipiẽdi belli grauissimũ aucto rẽ fuisse & moderandæ uictoriæ ĩ quo q mihi non assentiret̃ inueni neminẽ Quare habeo gratiã Trebatio familiari nr̃o q mihi dedit cau sã harũ litteraꝝ quibus nisi credideris me oĩs officii & humaitatis ex pertẽ iudicaris quo nec mihi grauius quicq̃ põt esse nec a te alienius. Vale.

M.T.Cic.Oppio.S.d.p.

Vbitãti mihi quod scit atticus nr̃.de hoc toto consilio ꝑfectio nis quod in utranq; partẽ in mentẽ multa ueniebãt magnum pondus accessit ad tollendã dubitationẽ iudiciũ & cõsiliũ tuũ.nam & scripsisti aperte qd tibi uideretur & atticus ad me sermonẽ tuũ ptu/ lit. Semper iudicaui in te & ĩ capiendo cõsilio prudentiã sũmã esse & in dando fidem maximeq; sum expertus cum initio ciuilis belli p lit teras te cõsuluissẽ quid mihi faciendũ esse censeres eundũ ne ad pom peiũ an manẽdũ in italia suasisti ut cõsulerem dignitati meæ ex quo qd sentires intellexi & sum admiratus fidẽ tuã & in cõsilio dãdo reli/ gionẽ.quod cũ aliud malle amicissimũ tuũ putares ãtiquius tibi offi cium meũ q̃ illius uoluntas fuit eqdẽ & ãte hoc tẽpus te dilexi & sẽp me a te diligi sensi & cum abessem atque ĩ magnis periculis essem

& me absenté & meos præsentis a te cultos & defensos esse méini & post meum reditum quāfamiliariter mecum uixeris q̄q; ego de te & senserim & prædicarim omnis qui solent hæc animaduertere testes habéus grauissimū uero iudiciū de mea fide & cōstātia fecisti cū post morté cæsaris totū te ad amiciciā meā contulisti.quod tuū iudicium nisi mea summa beniuolétia erga te omnibusq; meritis comprobaro ipse me hominé nō putabo Tu mi oppi conseruabis amoré tuum & si more magis hoc quidé scribo q̄ quo te admonendū puté meaque oīa tuebere quæ tibi ne ignota essét attico mādaui.a me aūt cū paulum ocii nacti erimus uberioris litteras expectato.Da operam ut ualeas. hoc mihi gratius facere nihil potes .vale : .

MARCI TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM LIBER DVODECIMVS.

Marcus Tullius Cicero Caio Cassio.S.D.P.

INEM NVLLAM facio mihi crede Cassi de te & bruto nostro idest de tota republica cogitādi cu ius oīs spes in uobis est & in d.Bruto quā quidem iā habeo ipse meliorem repu.a Dolobella meo præ clarissime gesta.manabat enim illud malum ur/ banum & ita corroborabat̃ quottidie ut ego qdem & urbi & ocio diffideré urbano:sed ita cōpressa est ut mihi uideamur esse iā ad ōne tépus ab illo dūtaxat sordidissimo periculo tute futuri. reliqua magna sunt ac multa sed posita omnia ī uobis.quāq̄ primū quidq; explicemus.nā ut adhuc qdé actū é non regno sed rege liber ati uidemur interfecto.n.rege regios oīs nutus tuemur neque uero id solum:sed et̃ quæ ipse ille si uiueret non faceret ea nos quasi cogi/ tata ab illo probamus nec eius quidem rei finé uideo tabulæ figunt̃ īmunitates dātur.peccuniæ maxīæ describunt̃ exules reducūtur sena tusconsulta falsa referūtur ut tātūmō odiū illud hominis impuri & seruitutis dolor depulsus esse uideat̃ resp.iaceat in his pturbationi/ bus in quas eam ille cōiecit hæc omnia uobis sunt expedienda nec hoc cogitādū satis iā habere remp.a uobis.habet illa quidé tātū quantū nunq̄ mihi in menté uenit optare:sed contenta non é & p magnitu/ dine & animi & beneficii ur̃i a uobis magna desiderat adhuc ulta in iurias suas est per uos īteritu tyranni.nihil amplius ornaméta uero

sua quæ recupauit an ꝙ ei mortuo paret quẽ uiuum ferre non pote rat cuius æra refigere debebamus eius et̃ chirographa defendimus at enim ita decreuimus fecimus id qdem tẽporibus cedentes: quæ ualẽt in rep. plurimũ: sed ĩmoderate qdã & ingrate nr̃a facilitate abutũtur ueꝝ hæc ꝓpediẽ & multa alia corã. iterim uelĩ sic tibi persuadeas mi hi cũ reip. quã semper habui carissimã tum amoris nostri causa maxi mæ curæ esse tuam dignitatem. Da operam ut ualeas. vale.

M. Tul. Cicero C. Cassio. S. d. p.

Ehementer lætor tibi probari sententiã & orõnẽ meã qua si sæ pius uti liceret nihil esset negocii libertatem & rẽp. recuperare sed homo amens & ꝑditus multoque nequior q̃ ille ipse quẽ tu neqs simũ occisũ esse dixisti cædis initiũ querit nullãq; aliã ob causã me auctorẽ fuisse Cæsaris interficiẽdi criminatur nisi ut in me ueterani incitẽtur. quod ego periculũ nõ extimesco mõ uestri facti gloriã cum mea laude cõmunicet ita nec pisoni qui ĩ eum primus ĩuectus ẽ nullo assentiẽte nec mihi q idem trigesimo post die feci nec publio seruilio qui me est consecutus tuto in senatũ uenire licet: Cædẽ enim gladia tor quærit eiusq; initiũ ad xiii. kl. octobriũ a me se factuꝝ putauit ad quẽ paratus uenerat cum in uilla metelli cõplures dies cõmẽtatus es set: quæ aũt in lustris & in uino cõmẽtatio potuit esse? Itaque oĩbus uisus est ut ad te antea scripsi uomere nõ dicere. Quare quod scribis te cõfidere auctoritate & eloquẽtia nr̃a aliqd; profici posse nõ nihil ut in tãtis malis est profectũ. intelligit. n. populus romanus tres esse consulares qui quia quæ de rep. bene senserint libere locuti sunt tuto in senatũ uenire nõ possunt. nec est præterea ꝙ quicq̃ expectes. Tuus enĩ necessarius affinitate noua delectatur. Itaque iã nõ est studiosus ludoꝝ infinitoq; fratris tui plausu dirrũpitur Alter itẽ affinis nouis cõmẽtariis cæsaris delinitus est: sed hæc tolerabilia illud non ferẽdũ quidẽ ẽ ꝙ ur̃o anno filiũ suũ consulem fut̃uꝝ putet: ob eamq; causã se huic latrõi seruire præseferat. nã l. cotta fãiliaris meus fatali quadã despatiõe ut ait minus in senatũ uenit l. Cæsar optĩus & fortissimus ciuis ualitudine ĩpedit̃. Seruius sulpicius & sũma auctoritate & optĩe sentiẽs nõ adest. Reliquos exceptis designatis ignosce mihi si nõ nu mero consularis. habes auctores cõsilii publici: qui numerus et̃ bõis rebus exiguus esset quid censes perditis? Quare spes est oĩs ĩ uobis qui si id circo abestis ut sitis in tuto ne in uobis qdẽ sin aliqd dignũ uestra gloria cogitatis uelim saluis nobis: sin id minus res tamẽ pu.

per uos breui tẽpore ius suũ recuperabit. Ego tuis neque desum neq; deero qui siue ad me referẽt siue nõ mea tamen tibi in te beniuolẽtia fidesque præstabit̃. vale.

M. T. Cic. C. Cassio. S. d. p.

Vget tuus amicus furorẽ in dies primũ in statua quã posuit in rostris inscripsit parẽti optime merito ut nõ mõ siccarii sed iã et̃ paricidæ iudicemini iudicemur potius uestri enĩ pulcherrimi facti ille furiosus me principẽ dicit fuisse. utinã quidem fuissem molestus nobis non esset: sed hoc urm est quod quãdo præteriit utinã haberẽ quid darem uobis cõsilii: sed ne mihi quidẽ ipse reperio qd faciendũ sit: quid. n. ẽ quod cõtra uim sine ui fieri possit? Cõsiliũ aũt omne hoc est illoꝝ ut mortẽ cæsaris persequãtur. Itaque ante diẽ vi. nonas octobres productus in cõtionẽ a Canutio turpissime ille qdem discessit: sed tamen ea dixit de cõseruatoribus patriæ quæ dici deberẽt de ꝓditoribus. De me quidem nõ dubitãt qn omnia de meo consilio & uos fecissetis & Canutius faceret. cætera cuiusmodi sint ex hoc iudica. ꝙ legato tuo uiaticũ eripuerũt quid eos interpætari putas cũ hoc faciunt? ad hostem silicet potari o rem miserã dominũ ferre nõ potuius cõseruo seruimus & tamen me quidem fauente magis q̃ sperãte etiam nunc residet spes in uirtute tua: sed ubi sunt copiæ? De reliquo malo te ipsum tecum loqui q̃ nostra dicta cognoscere. Vale.

M. T. Cic. C. Cassio. S. d. p.

Ellẽ idibus martiis me ad cænã iuitasses reliqarũ nihil fuisset nũc me reliquiæ uestræ exercent & quidem præter cæteros me quãq̃ egregios cõsules habemus sed turpissimos cõsularis senatũ fortem sed infimo quẽque honore fortissimũ populo uero nihil fortius nihil melius italiaque uniuersa. nihil aũt fœdius philippo & pisone legatis nihil flagitiosius qui cum essent missi ut Antonio ex senatus sentẽtia certas res nunciarẽt cũ ille eaꝝ rerũ nulli paruisset ultro ab illo ad nos intolerabilia postulata rettulerunt. Itaque ad nos concurritur factique iã in re salutari populares sumus: sed tu qd ageres qd acturus ubi denique esses nesciebã fama nũciabat te isse in syriã au/ctor erat nemo de Bruto quo propius est eo firmiora uident̃ esse quæ nunciãtur. Dolobella ualde uituperabat̃ ab hominibus nõ insulsis ꝙ tibi tam cito succederet cum tu uix dum triginta dies in syria fuisses itaq; cõstabat eum recipi in syriã non oportere summa laus & tua &

Bruti estq; exercitū præter spem existimamini comparasse. scriberem plura si rem causamque nossem. nunc quæ scribo scribo ex opinione hominū atque fama. Tuas lr̄as auide expecto. Vale.

M. Tull. Cicero C. Cassio. S. d. p.

Iemem adhuc ꝓhibuisse quomius de te certum haberemus qd ageres maxīeque ubi esses loquebātur ōnes tamen credo ꝗ uolebāt in syria te esse: habere copias id aūt eo facilius credebatur quia simile uero uidebatᷣ. Brutus quidē noster egregiā laudem est cōsecutus res enim tātas gessit tāque inopinatas ut hæ cū per se gratæ essent tum ornatiores ꝓter celeritatem: ꝗ si tu ea tenes quæ putamus magnis subsidiis fulta resp. est. A prima enī hora græciæ usque ad ægyptū optimoꝝ ciuiū imperiis muniti erīus & copiis q̄q̄ nisi me fallebat res se sic habebat: ut totius belli omne discrimen in decio Bruto positum uidereť: qui si ut sperabamus erupisset Mutīæ nihil belli reliqui fore uidebatur. paruis oīo iā copiis obsidebatᷣ ꝗ magno præsidio Bononiā tenebat Antonius. erat autē claternæ hircius nr̄ ad foꝝ corneliū cæsar uterq; cū firmo exercitu magnasque romæ pāsa copias ex delectu italiæ cōparat hiems adhuc rem geri prohibuerat hircius nihil nisi cōsiderate. ut mihi crebris lr̄is significat acturus uidebatuᷣ: præter bononiā regiū lepidi parmā totā galliam tenebamus studiosissimā reip tuos etē clientis trāspadanos mirifice cōiūctos cū causa habebamus erat firmissimus senatus exceptis cōsularibus ex q bus unus l. cæsar firmus est & rectus. seruii sulpicii morte magnum præsidiū amisimus reliq partim inertes partim īprobi nōnulli inuident eorū laudi quos in rep. probari uident populi uero romāi totiusque italiæ mira cōsensio est. hæ erāt fere quæ tibi nota esse uellē nūc aūt opto ut ab istis oriētis partibus uirtutis tuæ lūen eluceat. Vale.

M. T. Cicero C. Cassio. S. d. p.

Vi status reꝝ fuerit tū cum has litteras dedi scire poteris ex C Tidio strabone uiro bono & optime de rep. sentiēte nā qd dicā cupidissimo tui? q domo & fortūis relictis ad te potissimū ꝓfectus sit. Itaque eum tibi ne cōmendo quidē aduentus ipsius ad te satis eū commendauit. Tu uelim sic existimes tibiq; persuadeas omne perfugium bonorū in te & bruto esse positū si quod nolim aduersi qd euenerit. res cū hæc scribebā erat in extremū adducta discrimē Brutus

enim mutinæ uix iã sustiebat qui si cõseruatus erit uicimus sin quod dii õen auertant opressus ibi erit oĩs omniũ cursus est ad uos. Proĩde fac animũ tãtũ habeas tãtũq; apparatũ quãto opus ẽ ad uniuersã rẽ p. recupãdã. vale.

M.T. Cicero C. Cassio. S. d. p.

Vanto studio dignitatẽ tuã & in senatu & ad populũ defenderĩ ex tuis te malo q̃ ex me cognoscere quæ mea sententia in sena tu facile ualuisset nisi pansa uehemẽter obstitisset ea sentẽtia dicta ꝓductus sum in contionem a tr. plebis marco Seruilio dixi de te quæ potui tãta contentione q̃tum forũ ẽ tãto clamore cõsensuq; populi ut nihil unquã simile uiderim. id uelim mihi ignoscas quod ĩuita socru tua fecerim mulier timida uerebat̃ ne pansæ animus offenderet̃. In cõtione qdem pãsa dixit matrẽ quoq; tuã & fratrẽ illã a me sentẽtiã noluisse dici: sed me hæc nõ mouebãt alia malebã fauebã & reip. cui sẽ p faui & dignitati & gloriæ tuæ: quod aũt & ĩ senatu pluribus uerbis disserui & dixi in cõtione in eo uelim fidem meã liberes. Promisi enĩ & prope cõfirmaui te non expectasse nec expectatuꝝ decreta nr̃a sed te ipsum tuo more rẽp. defensuꝝ: & quanq̃ nihil dũ audierãus nec ubi esses nec quas copias haberes tãen sic statuebã õnes quæ in istis par tibus essent opes copiæq; tuas esse. per teque asiam prouintiã cõfide/ bam iã reip. recuperatã. Tu fac in augẽda gloria te ipsũ uĩcas. Vale.

M.T. Cicero C. Cassio. S. d. p.

Celus affinis tui lepidi sũmãque leuitatẽ & incõstãtiã ex actis quæ ad te mitti certo scio cognoscere te arbitor. Itaque nos cõ fecto bello ut arbitrabamur renouatũ bellũ gerimus spẽque omnem in Decio Bruto & plãco habemus. si ueꝝ quæris in te & ĩ meo bruto nõ solum ad præsens perfugiũ si quod noli aduersi quid acciderit sed etĩ ad cõfirmationẽ perpetuæ libertatis nos hic de Dolobella audie/ bamus quæ uellemus: sed certos auctores nõ habebamus. Te quidem magnũ hominẽ & præsẽti iudicio & reliq tẽporis expectatiõe scito esse hoc tibi ꝓposito fac ut ad sũmã contendas nihil est tantũ quod non populus ro. a te perfici atque optineri posse iudicet. Vale.

M.T. Cicero C. Cassio. S. d. p.

Reuitas tuarũ littterarũ me quoque breuiorẽ ĩ scribendo facit

& uere ut dicã nõ satis occurrit quid scribã:nostras enĩ res in actis perferri ad te certo scio tuas autẽ ignoramus tãquã enim clausa sit asia sic nihil perfert̃ ad nos præter rumores de oppræsso Dolobella satis illos quidẽ cõstãtis sed adhuc sine auctoritate nos cõfectũ bellũ cũ putaremus repente a lepido tuo in summã sollicitudinem adducti sumus. Itaque tibi psuade maximã reip. spem in te & in tuis copiis esse firmos oĩo exercitus habemus sed tamẽ ut omnia ut spero psꝑe procedãt multũ ĩterest te uenire. Exigua enim spes est reip. nã nullã nõ libet dicere:sed quæcũq; ẽ ea despõdet̃ anno cõsulatus tui. Vale.

M. T. Cicero C. Cassio. S. d. p.

Epidus tuus affinis meus fãiliaris pridie kl. qntiles sẽtẽtiis omnibus hostis a senatu iudicatus est cæterique qui una cum illo a repu. defecerũt quibus tamẽ ad sãitatem redeũdi ãte kl. septẽbres potãs facta ẽ. fortis sane senatus sed maxima spes subsidii tui bellũ quidem cum hoc scribebã sane magnũ erat scelere & leuitate lepidi. nos de Dolobella quottidie quæ uolũus audimus sed adhuc sine capite sine auctore rumore nũcio:quod ita cũ esset tãen litteris tuis quas nonis maiis ex castris datas acceperamus ita persuasum erat ciuitati ut illũ iã oppressum omnes arbitrarent̃. te aũt in italiã uenire cũ exercitu ut si hæc ex sentẽtia cõfecta essent cõsilio atque auctoritate tua roborarentur. sin quod forte titubatũ esset ut fit in bello exercitu tuo niteremur:quẽ quidem ego exercitum uerbis quibuscũque potero rebusque ornabo cuius rei tũ tempus erit cũ quid opus reip. laturus sis aut quis exercitus sit aut quid iã tulerit notum esse cœpit. nã adhuc tãtum conatus audiunt̃:optimi illi quidem & præclarissimi sed gesta res expectatur:quã quidẽ aut iã esse aliquã aut appropiquare cõfido Tua uirtute magnitudine animi nihil est nobilius. Itaque optãus ut q̃primũ te in italia uideamus. remp. nos habere arbitrabimur si uos habebimus. Præclare uiceramus nisi spoliatũ inermem fugientẽ lepidus recepisset antoniũ. Itaque nunq̃ tãto odio ciuitati antonius fuit q̃to est lepidus. ille enĩ ex turbulẽta rep. hic ex pace & uictoria bellũ excitauit. huic oppositos cõsules designatos habemus ĩ quibus est magna illa quidem spes sed anceps cura proter incertos exitus præliorꝝ Persuade tibi igitur in te & in Bruto tuo esse omnia. uos expectari. Brutum quidem iam iãq;. quod si ut spero uictis hostibus nr̃is ueneritis tum auctoritate ur̃a resp. exurget & in aliquo statu tolerabili cõsistet. sunt enim permulta quibus erit medendum etiam si respublica

ſatis eſſe uidebitur ſceleribus hoſtium liberata. Vale.

C.Caſſius Imp.M.Tull.Ciceroni.S.d.p.

N Syria me profectū eſſe ſcito ad l.murcum & q.criſpū impe/ ratorē uiri fortes optimique ciues.Poſteaq̄ audierūt q̄ romæ gererent exercitus mihi tradiderūt ipſique mecum una fortiſſimo a nimo remp.adminiſtrāt.Itē legionē quā q.cecilius baſſus habuit ad me ueniſſe ſcito.quatuor ꝗ legiões quas A.aliēus ex ægypto eduxit traditas ab eo mihi eſſe ſcito.nunc te cohortatione nō puto indigere ut nos abſentis remque pu. quantum opus eſt defendas ſcire te uolo firma præſidia nobis ſenatuiq; nō deeſſe ut optima ſpe & maxīo aīo remp.defendas.Reliqua tecū aget l.carteius familiaris meus.Vale d.nonis martiis ex caſtris taricheis.

C.Caſſius imp.M.T.Ciceroni.S.d.p.

Egi tuas litteras in quibus mirificū tuum erga me amorem re cognoui.Videbaris enim nō ſolū fauere nobis id quod & nr̄a & reip. cauſa ſemper feciſti ſed etiā grauē curā ſuſcepiſſe uehementer que de nobis eſſe ſollicitus Itaque quod te primum exiſtimare puta/ bā nos oppreſſa rep.quieſcere non poſſe deinde cum ſuſpicarere nos moliri ꝙ te ſollicitū eſſe & de ſalute noſtra & de rerū euentu putabā ſimul ac legiones accepi quas A.alienus eduxerat ex ægypto ſcripſi ad te tabellariosq; cōplures romā miſi ſcripſi etiā ad ſenatū lr̄as quas reddi uetui priusq̄ tibi recitatæ eſſent ſi forte mei obtēpare mihi uo luerūt.Quod ſi litteræ perlatæ nō ſunt nō dubito quin Dolobella q nefarie trebonio occiſo aſiā occupauit tabellarios meos depræhēderit lr̄asque īterceperit exercitus oīs qui in ſyria fuerūt teneo habui pau lum more dū promiſſa militibus perſoluo nunc iā ſum expeditus.A te peto ut dignitateē meā cōmendatā tibi habeas ſi me intelligis nul lum neque periculū neque laborem patriæ denegaſſe.ſi cōtra impor/ tuniſſimos latrones arma cepi te hortāte & auctore ſi nō ſolū exerci tum ad remp.libertatēque defendēdā cōparaui ſed etiā crudeliſſimis tyrannis eripui quos ſi occupaſſet dolobella non ſolū aduentu ſed etiā opinione ex expectatione exercitus ſui antoniū cōfirmaſſet.Quas ob res milites tuere ſi eos mirifice de rep.meritos eſſe animaduertis & effice ne quē pœniteat remp.q̄ ſpem prædæ & rapinaꝝ ſeq maluiſſe. Item murci & criſpi imperatoꝝ dignitatem q̄tum eſt ī te tuere.nam

bassus misere noluit mihi legionem tradere quod nisi milites inuito eo legatos ad me misissent clausam apameam tenuisset quoad ui es/set expugnata hæc a te peto non solum reipublicæ:quæ tibi semper fu it carissima:sed etiam amiciciæ nostræ nomine quam confido apud te plurimũ posse crede mihi hũc exercitum quem habeo senatus atq; optimi cuiusque esse maximeque tuũ:de cuius uoluntate assidue audi endo mirifice te diligit eaꝝque habet qui si intellexerit cõmoda sua tibi curæ esse debere eẽ se tibi oĩa putabit.litteris scriptis audiui dolo bellã in ciliciã uenisse cũ suis copiis proficiscar ĩ ciliciã quid egerim celeriter ut scias dabo operã ac uelim ut meremur de rep.sic fœlices simus fac ualeas meque ames nonis maiis.ex castris .Vale .

P.Lentulus proquestor M.T.Ciceroni.S.d.p.

Vm reipu.uel salute uel uictoria gaudemus tum instauratione tuarũ laudũ quod maximus cõsularis maximum cõsulẽ te ipse uicisti & letamur & mirari satis nõ possumus fatale nescio quid tuæ uirtuti datũ id quod sæpe iã experti simus est enĩ tua toga omniũ ar mis felicior quæ nũc quoque nobis pene uictã remp.e mãibus hostiũ eripuit ac reddidit nũc ergo uiuemus liberi te õniũ maxime ciuis & mihi carissime id quod maxime reip.tenebris cõparasti nunc te habe bimus testem nr̃i & ĩ te & in cõiunctissimã tibi remp.amoris & quæ sæpe pollicitus es te & tacituꝝ dũ serui essemus & dictuꝝ de me tum cum mihi ꝓfutura essent nũc illa nõ ego qdem dici tãto opere desi/derabo q̃ sentiri a te ipso neque enim ego oĩum iudicio malim me a te cõmendari q̃ ipse tuo iudicio digne ac mereor cõmendatus esse ut hæc nouissima nostra facta nõ subita nec incõuenientia sed similia il/lis cogitatiõibus quaꝝ tu testis es fuisse iudices me⁊be ad optimã spẽ patriæ nõ minimũ tibi ipsi producendũ putes. sunt tibi Marce tulli liberi propinquiq; digni quidem te & merito tibi carissimi esse eẽ de bent in repu.ꝓxime hos cari qui studioꝝ tuoꝝ sunt emuli:quoꝝ esse cupio tibi copiã:sed tamen nõ maxima me turba puto excludi:quo mi nus tibi uacet me excipere & ad oĩa quæ uelis & ꝓbes producere.ani mũ tibi nr̃m fortasse probabimus ingeniũ diutina seruitus certe qua lecunque est:minus tamen q̃ erat passa est uideri .nos ex ora mariti ma asiæ prouintiæ & ex ĩsulis quas potuimus naues deduximus de lectũ remigium magna cõtumacia ciuitatũ tamen satis celeriter ha/buimus secuti sumus classem dolobellæ cui lucilius præerat qui spem sæpe trãsitionis præbendo neque unquã nõ decedẽdo nouissime corĩ

thũ se contulit & clauso portu se tenere cœpit nos illa relicta q̄ & ĩ castra peruenire satius esse putabamus & sequebat̃ classis altera quã anno priore in Bithinia Tullius Cymber compararat cui turullius quæstor præerat Cyprum petiuimus: ibi quæ cognouimus scribere ad uos q̃celerrime uoluĩus Dolobellã ut tarsenses pessimi socii ita laodiceni multo amentiores ultro accersierũt ex quibus utrisq; ciuitatibus græcorũ militũ numero speciẽ exercitus effecit castra habet ante oppidũ laodiceã posita & partem muri demolitus est & castra oppido cõiunxi. Cassius noster cũ decem legionibus & cohortibus uiginti auxiliaribus & quattuor miliũ equitatu milibus passuũ uiginti habet posita παλτω & existimat se sine prælio posse uincere nã iam ternis tetrachinis triticum penes Dolobellam est nisi quid nauibus laodicenorũ supportarit cito fame pereat necesse est ne supportare possit & o o cassii classis bene magna cui præest sextilius ruffus & tres quas nos adduximus ego turilius patiscus facile præstabũt & uolo bene sperare & rempublicam ut uos istic expedistis ita ꝓ nr̃a parte celeriter iter uobis expediri posse cõfidere. Vale idibus Iunii cypro acromanicride

P. Lentulus P. F. proquæst. M. T. Cic. S. d. p.

Vm Brutũ nostrum cõuenissem eumq; tardius in asiã uẽturũ animaduerterẽ in asiã redii ut reliquias mei laboris colligerẽ & pecuniã q̃primũ romã mitterem interim cognoui ĩ lycia esse classem dolobellæ amplius q̃ centũ naues onerarias ĩ quas exercitus eius imponi posset: Idque dolobellã ea mente cõparasse ut si syriæ spes eũ frustrata esset cõscẽderet in naues & italiã peteret seque cũ ãtoniis & reliquis latronibus cõiungeret: cuius rei tãto ĩ timore fui ut oĩbus rebus relictis cum paucioribus & minoribus nauibus ad illas ire conatus sim. Quæ res si a rhodiis non interpellatus essem fortasse tota sublata esset tamen magna ex parte profligata est. quãdo quidem classis dissipata est aduẽtus nr̃i tiore milites ducesque effugerũt onerariæ omnes ad unã a nobis sunt exceptæ certe quod maxime timui uideor esse cõsecutus ut non possit dolobella in italiã peruenire nec sociis suis firmatis durius nobis efficere negotiũ rodii nos & remp. q̃ualde desperauerint ex lr̃is quas publice misi cognosces. Equidem multo parcius scripsi mirari noli mira est eorum amẽtia nec me meæ ullæ priuati iniuriæ unquã malus animus eorum ĩ nostra salute cupiditas partium aliarum perseuerãtia ĩ contentione optimi cuiusque ferẽda mihi non fuit nec tamen omnes perditos esse puto. Sed iidem

illi qui tum fugientẽ patrẽ meum qui l. Lentulũ qui Pompeium: qui cæteros uiros clarissimos nõ receperũt iidem tãq̃ aliquo facto & nũc aut magistratum gerunt aut eos qui sunt in magistratu in sua ha/bent potestate. Itaque eadẽ superbia in prauitate utunť: quoꝝ ĩprobi tatem aliquãdo retundi & nõ pati impunitate augeri nõ solum utile est reip. nostræ sed etĩ necessariũ. De nr̃a dignitate uelim tibi ut sẽp curæ sit & quocũque tempore occasionẽ habueris & in senatu & ĩ cæ teris rebus laudi nr̃æ suffragere. quãdo consulibus decreta est asia & permissũ est his ut dum ipsi uenirẽt darẽt negociũ qui asiã optineãt rogo te petas ab his ut hãc dignitatem potissimum nobis tribuãt & mihi dent negociũ ut asiã optineam dũ ipsoꝝ alteruter uenit. Nã ꝙ huc properẽt in magistratum uenire aut exercitũ mittere causã non habent. dolobella enim in syria ẽ & ut tu diuina tua mente ꝓspexisti & prædicasti dum isti ueniũt cassius eum opprimet exclusus enim ab antiochia dolobella & ĩ oppugnãdo male acceptus nulla alia cõsciꝰ urbe laodiceã quæ est in syria ad mare se cõtulit ibi spero celeriter eũ penas daturꝫ nã neque quo refugiat habet neque diutius ibi poterit tantũ exercitũ cassii sustinere spero etĩ cõfectũ esse iã & oppressũ do/lobellã. Quare nõ puto Pãsam & hirciũ in cõsulatu ꝓperaturos in ꝓ uincias exire: sed romæ acturos cõsulatũ Itaq; si ab his petieris ut in terea nobis procurationẽ asiæ dent spero te posse impetrare præterea mihi promiserũt pãsa & hircius corã & absẽti mihi scripserũt uerrio que nostro pansa affirmauit se daturũ operã ne in suo cõsulatu mihi succedať ego porro nõ mediusfidius cupiditate ꝓuĩciæ ꝓduci lõgius spaciũ mihi uolo nã mihi fuit ista ꝓuĩcia plẽa laboris: ꝑiculi detrĩẽti quæ ego ne frustra subierim neue priusq̃ reliquias meæ diligentiæ cõ sequar decedere cogar ualde laboro nã si potuissẽ quã exegerã pecũiã uniuersam mittere postularẽ ut mihi succedereť. nũc quod cassio dedi quod trebonii morte amisimus quod etĩ crudelitate dolobellæ: aut ꝑfi dia eorũ qui mihi fidem reique pu. non præstiterũt id cõsequi & refi cere uolo. Quod aliter non potest fieri nisi spaciũ habuero id ut ꝑ te cõsequar uelim ut solet tibi curæ sit. ego me de rep. ita puto esse meri tum ut nõ prouintiæ istius beneficium expectare debeã sed tãtũ q̃tum cassius et bruti non solum illius facti periculique societate sed etĩ hu ius temporis studio et uirtute primus enim ego leges antõianas fre gi primus equitatũ dolobellæ ad remp. traduxi cassioq; tradidi prĩus delectus habui pro salute omniũ contra cõiurationẽ sceleratissiã solus cassio et reip. syriã exercitusq; qui ibi erant coniunxi nam nisi ego tan tam pecuniam tantaque præsidia et tam celeriter cassio dedissem ne

ausus quidẽ esset ire in syriã et nunc non minora pericula reipu a do lobella instarent q̃ ab antonio atq; hæc omnia is feci qui sodalis & familiarissimus dolobellæ erã cõiũctissimus sanguine ãtõiis: ꝓuĩciã quoq; illorũ beneficio habebã: sed πατρίδα ἐμήν μᾶλλον φιλῶν oĩbus meis bellũ prius ĩdixi Hæc & si adhuc nõ magno ope mihi tulis se fructum animaduerto tamen nõ despo nec defatigabor permãere nõ solũ in studio libertatis sed et̃ ĩ labore & periculis. Attamen si et̃ aliqua gloria iusta & merita prouocabimur senatus & optimi cuiusq; officiis maiore cum auctoritate apud cæteros erimus & eo plus pro/desse reipu. poterimus. filiũ tuũ ad brutum cum ueni uidere nõ potui ideo quod iã in hyberna cum equitibus erat profectus sed mediusfi dius ea esse cum opinione & tua & ipsius & in primis mea causa gaudeo fratris enim loco mihi est qui ex te natus teque dignus est Vale. Data quarto kalendas Iunii. Pergæ.

P. L. quæst. Cõs. præt. tr. pl. senatui populo plebiq; ro. S. d. p.

I ualetis liberique uestri ualent bene est ego ualeo scelere dolo bellæ oppressa asia in proximam prouinciam macedoniam præsidiaque reipu. quæ M. brutus uir clarus tenebat me contuli & id e gi ut per quos celerrime posset asia prouincia uectigaliaque in uestrã potestatem redigerent̃. quod cũ pertimuisset dolobella uastata ꝓuin cia correptis uectigalibus præcipue ciuibus romanis omnibus crude lissime denudatis ac diuenditis celeriusque asia excesisset q̃ eo præsi/dium adduci potuisset diutius morari aut expectare præsidiũ non ne cesse habui & q̃primũ ad meum officiũ reuertẽdũ mihi esse existima ui ut & reliqua uectigalia exigerẽ & quam deposui pecuniã colligerẽ quidquid ex ea correptũ esset aut quorũ id culpa accidisset cognosce rem q̃primum & uos de omni re facerem certiores Interim cum per insulas in asiam nauiganti mihi nunciatũ esset classem dolobellæ in liʌtia esse rhodiosque naues complures instructas & paratas in aqua habere cum his nauibus quas aut mecũ adduxerã aut comparauerat Patiscus proquæstor homo mihi cum familiaritate tum etiã sensibus in rep. cõiũctissimus rhodũ reuerti cõfisus auctoritate ur̃a senatus que consulto quo hostem dolobellã iudicaratis fœdere quoque quod cũ his M. marcello seruio sulpitio renouatũ erat quo iurauerãt rho dii eosdem hostes se habituros quos. Senat. p. q. r. quæ res nos uehe mẽter fefellit tãtũ. n. abfuit ut illoꝝ præsidio nostrã firmareũs clas sem ut et̃ a rhodiis urbe portu statione quæ extra urbem ẽ cõmeatu

a qua denique prohiberētur nr̄i milites nos uix ipſi ſingulis cū naui/
giolis reciperemur quā indignitatē diminutionēque maieſtatis non
ſolum iuris noſtri ſed et̄ imperii populique romani id circo tulimus
quod interceptis litteris cognoramus dolobellā ſi deſperaſſet de ſyria
ægiptoque quod neceſſe erat fieri in naues cum oībus ſuis latronibus
atque omni pecunia conſcendere eſſe para tū italiāque petere id circo
et̄ naues onerarias quaꝝ minor nulla erat duum miliuū amphorar uū
contractas in lytia a claſſe eius obſideri huius rei timore p.c.percitus
īiurias perpeti & cōtumelia et̄ ur̄a omnia prius experiri malui. Itaq;
ad illorū uoluntatem introductus in urbē & in ſenatū eorum q̄dilige
tiſſime potui cauſam reip.egi periculūque omne quod inſtaret ſi ille
latro cum ſuis omnibus naues cōſcendiſſet expoſui rhodios autem tā
ta in prauitate animaduerti ut omnes firmiores putarent q̄ bonos ut
hāc cōcordiā & cōſpirationem oīum ordinū ad defendendā libertatē
propēſe non crederent eſſe factā ut patientiā ſenatus & optimi cuius
que manere et̄ nūc cōfiderent nec potuiſſe audere quenq̄ dolobellam
hoſtem iudicare ut denique oīa que improbi fingebāt magis uera ex/
iſtimarent quanq̄ uere facta erāt & a nobis docebant̄.qua mente et̄
ante noſtrū aduentum poſt trebonii indigniſſimā cædē cæteraque tot
tātaque nefaria facinora binæ profectæ erāt ad dolobellā legationes
eoꝝ & qdem nouo exemplo cōtra leges ipſorū ꝓhibētibus his q tum
magr̄atus gerebāt:hæc ſiue timore ut dictitāt de agris quos in con/
tinenti habēt ſiue furore ſiue patientia paucoꝝ qui & antea pari contu
melia uiros clariſſimos affecerāt & nūc maximos magr̄atus gerētes
nullo exemplo neque ueſtra ex parte neque noſtro præſentiū neq; imi
nenti italiæ urbique nr̄æ periculo ſi ille parricida cum ſuis latronibus
nauibus ex aſia ſyriaque expulſus italiā petiſſet mederi cū facile poſſēt
noluerūt nōnullis et̄ ipſi magiſtratus ueniebāt in ſuſpicionē detinuiſ
ſe nos & demoratos eſſe dū claſſis dolobellæ certior fieret de aduētu
noſtro:quā ſuſpitionē cōſecutæ res aliquot auxerūt maxīe quod ſubito
ex lycia ſextus marius & C.Titius legati dolobellæ a claſſe diſceſſerūt
nauique lōga profugerūt onerariis relictis in quibus colligendis nō
minimū temporis laboriſque cōſumſerunt itaque cū a rhodo cū his
quas habueramus nauibus in lyciā ueniſſemus naues onerarias rece/
pimus dominiſque reſtituīus idēque quod maxīe uerebāur ne poſſet
dolobella cum ſuis latronibus in italiā uenire timere deſiimus claſſē
fugientem perſecuti ſumus uſque ſidā quæ extrema regio eſt ꝓuīciæ
meæ ibi cognoui partē nauiū dolobelæ diffugiſſe reliquas ſyriā ægyp
tūque petiſſe quibus diſiectis cū ſcirē c.caſſii ſingularis ciuis & ducis

classem maximam fore præsto ĩ syria ad meum officium reuerti dabo que operã ut meum studiũ diligentiã uobis patres cõscripti reiquep. præstem pecuniãque q̃maximã potero & q̃celerrime cogã oĩbusque rationibus ad uos mittã.si percurrero prouinciã & cognouero qui uobis & reipu.fidem præstiterũt in conseruãda pecunia a me deposita quique scelere ultro deferẽtes pecuniã publicã hoc munere societatẽ facinorũ cũ dolobella inierũt faciã uos certiores de quibus si uobis ui debitʼ si ut meriti sunt grauiter cõstitueritis nosque uestra auctoritate firmaueritis facilius & reliqua exigere uectigalia & exacta seruare poterimus . Interea quo commodius uectigalia tueri prouintiamq; ab iniuria defendere possim præsidiũ necessarium uoluntariũq; cõparaui his lr̃is scriptis milites circiter xxx. quos dolobella ex asia conscripserat e syria fugientes in pamphiliã uenerũt hi nunciauerunt dolobellã antiochiã quæ in syria est uenisse nõ receptũ conatũ esse aliquotiens ui introire repulsum semper esse cum magno suo detrimento Itaque centũ circiter amissis ægrisq; relictis noctu antiochia pfugisse laodiceã uersus ea nocte omnes fere asiaticos milites ab eo discessisse ex his ad octingentos antiochiã redisse & se his tradidisse q a cassio relicti urbi illi præerãt cæteros per amanũ ĩ ciliciã descẽdisse quo ex numero se quoque esse dicebãt cassium aũt cũ omnibus suis copiis nũciatum esse quatridui iter laodicea abfuisse tum cum dolobella eo tenderet Quã ob rem opinione celerius confido sceleratissimũ latronem pœnas daturum quarto nonas iunias pergæ .Vale .

C.Trebonius M.T.Ciceroni.S.d.p.

Thenas ueni ad xi.kl.iunii atque ibi quod maxime optabã uidi filium tuũ deditum optimis studiis summaque modestiæ fama qua ex re quantã uoluptatẽ ceperim scire potes etẽ me tacente.nõ enĩ nescis quanti te faciã & q̃ pro nostro ueterrimo uerissimoque amore oĩbus tuis etẽ minimis cõmodis nõ modo tãto bono gaudeã.noli putare mi cicero me hoc auribus tuis dare nihil adolescente tuo atque adeo nr̃o nihil enim mihi a te potest esse seiunctũ aut amabilius omnibus his qui athenis sunt est aut studiosius earum artium quas tu maxime amas hoc est optĩaꝝ.Itaque tibi quod uere facere possum libenter q̃ gratulor nec minus etẽ nobis quod eum quẽ necesse erat diligere qualiscunque esset talem habemus ut libẽter quoque diligamus qui cum mihi in sermone iniecisset se uelle asiã uisere nõ modo inuitatus sed etẽ rogatus est a me ut id potissimũ nobis obtinentibus prouĩ

tiã faceret cui nos & caritate& amore tuũ officiũ præſtaturos nõ de/
bes dubitare illud nobis quoque erit curæ ut crattippus una cũ eo ſit
ne putes in aſia feriatũ illũ ab his ſtudiis in quæ tua cohortatione in
citatur futurũ nam illum paratũ ut uideo & ingreſſum pleno gradu
cohortari nõ intermittemus quo in dies lõgius diſcendo exercendoq;
ſe procedat uos quid egeritis in repu.cum has litteras dabã non ſci
ebã audiebã quædã turbulenta quæ cupio eſſe falſa ut aliquãdo ocioſa
libertate fruamur quod uel minime adhuc mihi contigit ego tamen
nactus in nauigatione nr̃a puſillũ laxamẽti cõtinuaui tibi munuſculũ
ex inſtituto meo & dictũ cum magno noſtro honore a te dictum con
cluſi & tibi infra ſubſcripſi in quibus uerſiculis ſi tibi quibuſdã uerbis
ἔύων μονε γερος uidebor turpitudo perſonæ eius in quã liberius ĩ
uehimur nos uindicabit ignoſces eẽ iracundiæ noſtræ quæ iuſta eſt ĩ
eiuſmodi & homines & ciues deinde qui magis hoc lucilio licuerit aſ
ſũere libertatis q̃ nobis ;cũ eẽ ſi odio par fuerit ĩ eos quos læſit tãen
certe non magis dignos habuerit in quos tanta libertate uerborum
incurreret. Tu ſicut mihi pollicitus es adiunges me q̃primũ ad tuos
ſermones nãque illud nõ dubito quin ſi quid de interitu cæſaris ſcri
bas non patiaris me minimã partẽ & rei & amoris tui ferre. Vale &
matrẽ meosque tibi cõmendatos habe d.viii.kl.iunias athenis.

M.T.Cicero Cornificio collegæ.S.d.p.

Rata mihi eſt uehementer memoria noſtri tua quã ſignificaſti
litteris quã ut cõſerues non quo de tua conſtãtia dubitem:ſed
quia mos eſt ita rogandi rogo.ex ſyria nobis tumultuoſiora quædam
nunciata ſunt quæ quia tibi ſunt ꝓpiora q̃ nobis tua me cauſa magis
mouẽt q̃ mea.Romæ ſũmum ociũ eſt ſed ita ut malis ſalubre aliquod
& hõeſtũ negociũ quod ſpero fore qa uideo id curæ eſſe cæſari.me ſci
to dum tu abſis quaſi occaſionem quãdam & licẽtiã nactum ſcribere
audacius & cætera quidem fortaſſe quæ eẽ tu cõcederes.ſed proxime
ſcripſi de optimo genere dicẽdi ĩ quo ſæpe ſuſpicatus ſum te a iudicio
noſtro ſic ſcilicet ut doctũ hominem ab nõ indocto paululum diſcede
re.huic tu libro maxime uelim ex animo ſi minus gratiæ cauſa ſuffra
gere dicã tuis ut eum ſi uelit deſcribãt ad teque mitant puto.n.etiã
ſi rem minus probabis tamen in iſta ſolicitudine qcqd a me ꝓfectũ
ſit iocundũ tibi fore.Quod mihi exiſtimationem tuã dignitatemque
cõmendas facis tu quidem omnuim more ſed uelim ſic exiſtimes me
cum amori quem inter nos mutuũ eſſe intelligã plurimũ tribuã tum

de summo ingenio & de studiis tuis optis & de spe amplissime digni tatis ita iudicare ut neminem tibi āteponā cōparē paucos. Vale.

M.T.Cicero Cornificio Collegæ.S.d.p.

Vod extremū fuit in ea epistola quā a te proxime accepi ad id primū respondebo animaduerti enī hoc uos magnos oratores facere nonnūq̄ epistolas requiris meas. Ego autē nunq̄ cum mihi de nunciatū esset a tuis ire aliquem non dedi quod mihi uideor ex tuis litteris intelligere te nihil cōmissurum esse temere nec ante q̄ scisses quo iste nescio qui cecilius bassus errumperet quicq̄ certi cōstituturū id ego & sperarā prudentia tua fretus & ut confiderem fecerūt tuæ gratissimæ mihi lr̄æ idque ut facias quāsæpissime ut & quid tu agas & quid agat scire possim & et̄ quid acturus sis ualde te rogo & si in iquo patiebar animo te a me digredi tamen eo tempore me cōsolabar quod & ī summū et̄ ociū te ire arbitrabar & ab īpendētibus magnis negociis discedere utrūque contra accidit. Istic.n.bellū est exortum hic pax consecuta: sed tamen huiusmodi pax in qua si adesses multa te nō delectarent ea tamen quæ ne ipsum cæsarem quidem delectant bellorū enim ciuilium hi semper exitus sunt ut non ea solū fiāt quæ uelit uictor sed et̄ ut his mos gerēdus sit qbus adiutoribus sit parta uictoria. Eqdem sic iam obdurui ut ludos cæsaris nostri aīo æqssimo uiderē titum plācum audirē laberii & publii poemata nihil mihi tam deesse scito q̄ q cū hæc familiariter docteq; rideā is tu eris si q̄primū ueneris: quod ut facias nō mea solū sed et̄ tua īteresse arbitror. Vale

M.T.Cic.Cornificio Collegæ.S.d.p.

Ibentissime legi tuas lr̄as ī qbus iocūdissimum mihi fuit ꝙ co gnoui meas tibi redditas esse nō.n.dubitabam qn eas libenter lecturus esses uerebar ut redderētur. bellū quod est in syria syriamq; ꝓuintiā tibi tributam esse a cæsare ex tuis lr̄is cognoui eādem rem tibi uolo bene & feliciter euenire quod ita fore cōfido fretus & indu/ stria & prudētia tua sed de parthici belli suspiciōe: quod scribis sane me cōmouit q̄tum copiarū haberes cum ipse cōiectura cōseq poterā tū ex tuis litteris cognoui. Itaq; opto ne se illa gens moueat hoc tē/ pore dum ad te legiones hæ perducantur quas audio duci. Quod si pars copias ad confligendū non habebis nō te fugit uti cōsilio M. bibuli qui se oppido munitissimo & copiosissimo tā diu tenuit q̄ diu ī

prouintia parthi fuerũt ſed hæc melius ex re & ex tempore cõſtitu es mihi qdem uſque curæ erit quid agas dum qd egeris ſciero litteras ad te nũquã habui cui darem quin dederim a te ut idem facias peto in primisq; ut ita ad tuos ſcribas ut me tuũ ſciãt eſſe Vale.

M.T.Cicero Cornificio collegæ.S.d.p.

Ratæ mihi litteræ tuæ niſi ꝙ ſinueſſanũ diuerſoriolum contempſiſti quã quidem cotumeliam uilla puſilla in quo animo feret niſi in cumano & põpeiano reddideris πάντα περοῖ παντον ſic igitur facies meque amabis & ſcripto aliquo laceſſces ego enĩ reſpõdere facilius poſſum quã prouocare. Quod ſi ut es ceſſabis laceſſam nec tua ignauia eẽ inhertiã afferet. Plura ocioſus hæc cum eſſẽ ĩ ſenatu exaraui. Vale.

M.T.Cicero Cornificio collegæ.S.d.p.

Anicius familiaris meus uir omnibus rebus ornatus negocioꝝ ſuorum cauſa legatus eſt in affricã legatione libera eum uelim rebus omnibus adiuues operãque des ut q̃ cõmodiſſime ſua negocia conficiat In primisque quod ei cariſſimũ eſt dignitatem eius cõmendo idque a te peto ꝙ ipſe in prouintia facere ſum ſolitus nõ rogatus ut oĩbus ſenatoribus lictores darẽ quod idẽ acceperam & id cognorã a ſummis uiris factitatum. hoc igitur mi cornifici facies cæterisq; rebus oĩbus eius dignitati reique ſi me amas conſules erit mihi gratiſſimum da operã ut ualeas. vale.

M.T.Cicero Cornificio collegæ.S.d.p.

Os hic cum homĩe gladiatore oĩum nequiſſimo collega noſtro antonio bellum gerimus ſed nõ pari cõtentiõe cõtra arma uerbis At eẽ de te contionat̃ nec impune nã ſentiet quod laceſſcerit ego aũt acta ad te oĩa arbitror pſcribi ab aliis a me futura debes cognoſcere quorũ quidem non eſt difficilis cõiectura oppreſſa oĩa ſunt nec habent ducem boni noſtrique tyrannoctoni longe gentiũ abſunt Pãſa & ſentit bene & loquitur fortiter hircius noſter tardius cõualeſcit qd futurũ ſit plane neſcio ſpes tamen eſt una aliquãdo populum ro. maiorũ ſimilem fore ego certe reipu. non deero & quidqd acciderit a quo mea culpa abſit animo forti feram. Illud profecto quoad potero tuam famã & dignitatẽ tuebor ad xiii. kl. ianuarias ſenatus frequẽs

mihi est assensus cum de cæteris rebus magnis & necessariis tum de prouinciis ab his qui optinerēt retinēdis neque cuiq̄ tradendis nisi q ex senatusconsulto successisset hoc ego tum reipu. causa censui tum me hercule in primis retinendæ dignitatis tuæ. Quāobrē te amoris nr̄i causa rogo reip. causa hortor ut ne cui quicq̄ iuris ī tua ꝓuintia esse patiare atque ut omnia refferas ad dignitatē qua nihil potest esse præstātius uere tecū agā ut necessitudo nostra postulat In semprōio si meis litteris obtempasses maximam ab oībus laudem adeptus es/ ses Sed illud & præteriit & leuius est hæc magna res est fac ut ꝓuin tiam retineas ī potestate reipu Plura scripsissem nisi tui festinarent. Itaq; cherippo nostro me uelim excuses . Vale.

M. T. Cicero Cornificio collegæ. S. d. p.

Mnem cōdicionem imperii tui statūque prouītiæ mihi demon strauit Tratorius o multa intolerabilia locis omnibus sed quo tua maior dignitas eo quæ tibi acciderūt minus ferenda neque enī quæ propter magnitudinem animi & ingenii moderate feras a te nō ulciscenda sunt etiam si non sint dolenda Sed hæc posterius rerum urbanarū acta tibi mitti certo scio quod nisi ita putarem ipse perscri berē ī primisque cæsaris octauiani cōatum de quo multitudini fictū ab antonio crimen uidet̃ ut ī pecuniā adolescentis impetum faceret Prudentes autem & boni uiri & credūt factū & ꝓbāt quid quæris? magna spes est in eo nihil est quod non existimetur laudis & gloriæ causa facturus. Antonius autē noster familiaris tāto se odio esse ītelli git ut cū interfectores suos domi cōpræhēderit rem proferre nō aude at. ad sextū idus octobris brundusium erat profectus obuiā legiōibus macedonicis quattuor quas sibi conciliare pecunia cogitabat easque ad urbem adducere & ī ceruicibus nr̄is collocare habes formā reip. si ī castris pōt esse respu. in qua tuam uicē sæpe doleo ꝙ nullā partē p ætatem sanæ & saluæ reipu. gustare potuisti atque ante hæc quidem sperare saltē licebat nec eē id ereptum est Quæ enim spes est cū in cō tione dicere ausus sit Antonius canutiū apud eos locum sibi quærere quibus se saluo locus in ciuitate esse non posset eqdem & hæc & oīa quæ homini accidere possūt sic fero ut philosophiæ magnā habeā gra tiā quæ me non modo a sollicitudine abducit sed etiam contra fortu næ īpetus armat Tibique idem censeo faciendū nec a quo culpa absit quicquā in malis numerādum Sed hæc tu melius tratorium nostrum cum semper probassem tum maxīe ī tuis rebus summā eius fidē dili/

gentiam prudentiamq; cognoui. Da operã ut ualeas hoc mihi grati us facere nihil potes. Vale.

M.T.Cicero Cornificio collegæ.S.d.p.

Go nullũ locum prætermitto nec enim debeo non mõ laudãdi tui ſed ne ornãdi quidẽ ſed mea ſtudia erga te & officia malo tibi ex tuorũ lr̃is q̃ ex meis eſſe nota te tamen hortor ut omni cura in remp. incũbas hoc eſt animi hoc eſt ingenii tui hoc eius ſpei quã habere debes ãplificãdæ dignitatis tuæ: ſed hac de re alias ad te plu ribus cum. n. hæc in expectatione erãt oĩa nundum legati redierant quos ſenatus non ad pacem depræcandã ſed ad denũciãdũ bellũ miſe rat niſi legatorũ nuncio paruiſſet. Ego tamen ut primũ occaſio data ẽ meo priſtino more rẽp. defendi: me principẽ ſenatui populoq; ro. ꝓ feſſus ſũ neq; poſtea q̃ ſuſcepi cauſã libertatis minimũ tẽpus ãiſi tuẽ dæ ſalutis libertatiſq; cõunis ſed hæc quoque te ex aliis malo. Titum Pinariũ familiariſſimũ meum tãto tibi ſtudio cõmẽdo ut maiore nõ poſſim cui tum proter omnes uirtutes tum eẽ proter ſtudia cõmunia ſum amiciſſimus is procurat rationes negociaq; dioniſii nr̃i quem & tu multũ amas & ego omniũ plurimũ ea tibi ego non debeo cõmen/ dare ſed cõmẽdo tamen facias igit̃ ut ex pinarii gratiſſimi hominis litteris tuũ & erga dioniſiũ ſtudium perſpiciamus liberalius. Vale.

M.T.Cicero Cornificio collegæ.S.d.p.

Itteras accepi tuas quas mihi cornificius alter cui cenſum ho die ut dicebat reddidit eo die nõ fuit ſenatus neque poſtero qn quatribus frequenti ſenatu cauſam tuã egi non inuita minerua nr̃a cuſtos urbis quã turbo deiecerat reſtitueret̃ panſã tuas litteras reci tauit magna ſenatus approbatio cõſecuta eſt cum ſũmo gaudio & of fenſione mĩotauri.i.clauis & tauri factũ de te ſenatuſcõſultũ honori/ ficũ poſtulabat̃ autẽ ut etiã illi notarent̃ ſed panſa clementior. Ego mi cornifici quo die primũ ĩ ſpem libertatis ĩgreſſus ſum & cõctanti bus cæteris ad xiii. kl. ianuarii fundamenta reip. ieci eoipſo die ꝓuidi multũ atque habui rationem dignitatis tuæ mihi. n. eſt aſſenſus ſena tus de optinendis prouintiis nec uero poſtea deſtiti labefactare eum qui ſumma cum tua iniuria cõtumeliaque reip. prouintiã abſens obti nebat Itaque crebras uel potius quottidianas cõpellationes meas nõ tulit ſeque in urbem recepit inuitus neque ſolum ſpe ſed certa re iam

ſcripſit id quod maximo cum fletu legi quemadmodū a ueſta ad tabulam ualeriam ducta eſſes hem mea lux meū deſiderium unde ōnes opem petere ſolebant te nunc mea Terentia ſic uexari ſic iacere in lachrymis & ſordibus idque fieri mea culpa q cæteros ſeruaui ut nos periremus? Quod de domo ſcribis hoc eſt de area:ego uero tum denique mihi uidebor reſtitutus ſi illa erit nobis reſtituta.uerū hæc nō ſunt in noſtra manu Illud doleo quæ impenſa faciēda eſt in eius parte miſeram & deſpoliatā uenire.Quod ſi cōficitur negocium omnia conſequemur ſin eadem nos fortuna premet eт̄ ne reliquas tuas miſeras proiicies obſecro te uita mea quod ad ſumptum attīet & ſine alios qui poſſunt ſi modo uolunt ſuſtinere & ualitudinem iſtam infirmā ſi me amas noli uexare.nam mihi ante oculos dies noctesq; uerſaris.Omnes labores te excipere uideo timeo ut ſuſtineas:ſed uideo in te eſſe ōnia Quare ut id quod ſperas & quod agis cōſequamur ſerui ualitudini.ego ad quos ſcribā neſcio niſi aut ad eos q ad me ſcribūt aut ad eos de qbus ad me uos aliquid ſcribitis.longius quoniā uobis ita placet nō diſcedā ſed uelim quamſæpiſſime litteras mittatis præſertim ſi quid eſt firmius quod ſperēus. Valete mea deſideria ualete Datum ad tertiū nonas octobris theſalonicæ.

M.T.C.Terentiæ Tulliæ Ciceroniq; ſuis S.d.p.

Cepi ab Ariſtocrito tris epiſtolas quas ego lachrimis ꝑpe deleui Conficior enim mærore mea Terētia nec meæ me miſeriæ magis excrutiant quam tuæ ueſtræque.Ego autem hoc miſerior ſum quam tu quæ es miſerrima ꝙ ipſa calamitas cōmunis eſt utriuſq; noſtrum ſed culpa mea propria eſt.meum fuit officiū uel legatione uitare periculū uel diligētia & copiis reſiſtere uel cadere fortiter hoc miſerius turpius īdignius nobis nihil fuit quare cū dolore cōficior tū eт̄ pudore.Pudet enim me uxori meæ optime ſuauiſſimis liberis uirtutem et diligentiā non præſtitiſſe.nam mihi ante oculos dies nocteſque uerſatur ſquallor ueſter et mœror et īfirmitas ualitudinis tuæ ſpes autem ſalutis pertenuis oſtenditur Inimici ſunt multi inuidi pene omnes Eiicere nos magnū fuit excludere facile eſt Sed tamen q̄/diu uos eritis in ſpe non deficiam ne omnia mea culpa cecidiſſe uideātur ut tuto ſim:ꝙ laboras id mihi nunc facillimum eſt quem etiam inimici uolunt uiuere in tantis miſeriis Ego tamen faciam quæ præ/cipis.Amicis quibus uoluiſti egi grās & eas litteras Deſippo dedi meque de eorum officio ſcripſi a te certiorem eſſe factum Piſonem

nostrum mirifico esse studio in nos & officio & ego perspicio & ões prædicāt Dii faxint ut tali genero mihi præsenti tecum simul & cum liberis nostris frui liceat.nunc spes reliqua est in nouis tribunis ple. & in primis quidem diebus nā si inueterarit actū est.ea re ad te sta tim Aristochritū misi ut ad me continuo initia rerum & rationē to/ tius negocii posses scribere Etsi desippo quoque ita ĩperaui statī ut re curreret & ad fratrē misi ut crebro tabellarios mitteret.nā ego eo no mine sum durachii hoc tempore ut quācelerrime quid agatur audiā & sum tuto ciuitas enim hæc semp a me defensa est cum inimici no stri uenire dicentur tum in epirū ibo.Quod scribis si uelim te ad me uenturā.Ego uero cum sciā magnā partem istius oneris abs te susti neri & istic esse uolo si perficitis quod agitis me ad uos uenire opor tet sin aūt sed nihil est opus reliqua scribere.ex primis aut summum secundis litteris tuis constituere poterimus quid nobis faciendum sit Tu modo ad me uelim omnia diligētissime perscribas & si magis iā rem q̃ litteras debeo expectare Cura ut ualeas & ita tibi persuadeas mihi te carius nihil esse neque unquā fuisse.Vale mea Terentia quā ego uidere uideor itaq; debilitor lacrymis pridie kl.decēbres.Vale.

M.T.C.Terentiæ & Tulilæ Ciceroniq; suis.S.d.p.

Go minus sæpe ad uos do litteras quā possum propterea ꝙ tū omnia mihi tempora sunt misera tum uero cum aut scribo ad uos aut uestras lego cōficior lachrymis sic ut ferre nō possim.Quod utinam minus uitæ cupidus fuissem certe nihil aut non multū ĩ uita mali uidissemus.quod si nos ad aliquā alicuius cōmodi aliquādo recu perādi spem fortūa reseruauit mĩus est erratum a nobis si hæc mala fixa sunt Ego uero te quāprimū mea uita cupio uidere et in tuo com plexu emori quando neque dii quos tu castissime coluisti neq; homi nes qbus ego seruiui semper nobis gratiam rettulerūt.nos brundusii apud M.ennium flaccum dies xiii.fuimus uirum optimum q peri culum fortunarum & capitis sui pro mea salute neglexit.neque legis improbissime pœna deductus est quo mĩus hospitii et amiciciæ ius officiumque præstaret Huic utinā aliquando grām referre possimus habebĩus qdem semp Brundusio profecti sumus ad qntū kl.maii p macedōiam et Ciricum petebamus O me perditū O me afflictū qd nunc rogem te ut uenias mulierem ægram et corpore et animo con fectā?non rogē sine te igitur sim opinor sic agam si est spes nostri reditus eā confirmes et rem adiuues Sin ut ego metuo transactū

est &quoquo modo potes ad me fac uenias.unum hoc scito si te habebo non mihi uidebor plane perisse:sed quid de Tulliola mea fiet? iā id uos uidete mihi non est cōsilium sed certe quoquo modo res se habebit illius misellæ & matrimonio & famæ seruiēdum est. Quid Cicero meus? quid agetis? tui uero sit in sinu semper & cōplexu meo.non queo plura iam scribere Impedit mœror.tu quid egeris nescio utrū aliquid teneas an quod metuo plane sis spoliata.pisonem ut scribis spero fore semper nostrum de familia liberata nihil ē quod te moueat primum tuis ita promissum est te facturam esse ut quisque esset meritus.Est autem ī officio adhuc orpheus.Præterea magnopere nemo cæterorū seruorum ea causa est ut si res a nobis abesset liberti uestri essent si optinere potuissent.sin ad nos pertinerent seruirent præterq̄ oppido pauci sed hæc mīora sunt.tu quod me hortaris ut animo sim magno & spem habeā recuperandae salutis:id uelim sit eiusmodi ut recte sperare possimus.nunc miser quando tuas iā litteras accipiam? quis ad me perferet? Quas ego expectassem Brundusii si esset licitū per nautas q tempestatem prætermittere noluerunt.Quod reliquū ē sustenta te mea terentia ut potes honestissime uiximus floruimus nō uitium nostrum sed uirtus nostra nos afflixit.Peccatum est nullū nisi q non una animā cum ornamētis amisimus:Sed si hoc fuit liberis nostris gratius nos uiuere cætera quanq̄ ferenda sunt feramus Atq; ego qui te confirmo ipse me non possum Clodium filaterū q ualitudie impediebatur oculorum remisi hominē fidelem.Salustius officio uīcet omnes spes Cennius est pbeniuolus nobis quē semp spero tui fore obseruātem Sicca dixerat se mecū fore sed brundusio discessit.cura quod potes ut ualeas & sic existimes uæhementius me tua miseria quā mea cōmoueri.mea terentia fidissima atque optīa uxor & mea carissima filiola & spes reliqua nostra Cicero ualete Pridie kl.maias de brundusio.

M.T.C.Terentiæ et Tulliæ suis.S.d.p.

I tu et tullia lux nostra ualetis Ego et suauissimus Cicero ualemus Pridie idus octobris Athenas uenimus cū sane aduersis uentis usi essemus tardeque et incōmode nauigassemus.De nau exeūtibus nobis Achastus cū litteris præsto fuit uno et uigesimo die sane strenue accepi tuas litteras quibus ītellexi te uereri ne superiores mihi redditæ non essent omnes sunt redditæ diligentissimeq; a te p scripta sunt omnia Idq; mihi gratissimū fuit neque sum admiratus hanc epistolam quā Achastus attulit breuem fuisse.Iam.n.me ipsum

expectas siue nosipsos qui qdem quáprimũ ad uos uenire cupiamus Et si in quam remp. ueniemus intelligo cognoui enim ex multorum amicoꝝ litteris quas attulit Achastus ad arma rẽ spectare ut mihi cũ uenero dissimulare nõ liceat qd sentiã sed quãdo subeũda fortuna ẽ eo citius dabimus operã ut ueniamus quo facilius de tota re delibe/remus tu uelim ꝗ cũ cõmodo ualitudinis tuæ fiat q̃lõgissime poteris obuiam nobis properes. De hæreditate preciana quæ quidem mihi magno dolori est ualde enim illum amaui hoc uelim cures si auctio ãte meum aduentum fiet ut Põpeius aut si is minus poterit Camillus nostrum negocium curet. nos cũ salui uenerimus reliqua per nos agemus sin tu iam roma profecta eris tamen curabis ut hoc ita fiat Si dii nos adiuuabunt circiter idus nouembris in italia sperãus fore Vos mea suauissima & optatissima Terentia & Tulliola si nos amatis curate ut ualeatis. Athenis ad decimũ quĩtũ kl. nouembris. Valete.

M.T.C. Terentiæ & Tuliolæ suis. S.d.p.

Ec sæpe est cui litteras demus nec rem habẽus ullã q̃ scribere uelimus. Ex tuis litteris quas proxime accepi cognoui prædiũ nullum uenire potuisse. Quare uideatis uelim quomodo satisfiat ei cui scitis me satisfieri uelle. quod nostra tibi gratias agit id ego nõ miror te mereri ut ea tibi merito tuo gratias agere possit. Pollucẽ si adhuc nõ ẽ ꝓfectus q̃primũ fac extrudas cura ut ualeas Idibus quintilibus Vale.

M.T.C. Terentiæ Tulliæq; suis S.d.p.

Mnes molestias & sollicitudines quibus & te miserrimã habui id quod mihi molestissimũ est Tulliolamq; quæ nobis nr̃a uita dulcior est deposui & eieci. Quid causæ autem fuerit postridie intellexi quam a uobis discessi χολην ἄκρατόν noctu eieci statim Ita sũ leuatus ut deus mihi aliquis mediciam fecisse uideatur Cui quidem tu deo queẽadmodũ soles pie & caste satisfacias id est apollini & æsculapio. Nauẽ spero nos ualde bonã habere ĩ eã simul atq; cõscendi hæc scripsi Deinde cõscribã ad nostros familiares multas epistolas qbus te & Tulliolã nr̃am diligentissime cõmẽdabo Cohortarer uos ꝗ aĩo fortiores essetis nisi uos fortiores cognoscerẽ q̃ quẽquã uirũ. Et tãen eiusmodi spero negocia esse ut & uos istic cõmodissime sperẽ esse & me aliquando cum similibus nostri remp. defensurũ. ut primũ ualitudinẽ tuã uelim cures Deinde tibi si uidebitur uillis his utere quæ lõ/

gissime aberunt a militibus. Fundo arpinati bene poteris uti cum familia urbana si annona carior fuerit. Cicero bellissimus tibi salutem plurimi dicit etiā atq; ē. Vale. Datū. iii. Idus Iunii.

M. T. C. Terentiæ & Tulliæ suis S. d. p.

I uales bene est ego quidem ualeo. Valitudinem tuam uelim cures diligentissime. Nam mihi & scriptū et nunciatū est te in febrim subito īcidisse. Quod celeriter me fecisti de Cesaris lr̄is certiorem fecisti mihi gratum Item posthac si quid opus erit si qd acciderit noui: facies ut sciam Cura ut ualeas Vale Datū. iiii. nonas Iunias

M. T. C. Terentiæ et Tulliæ suis. S. d. p.

D cæteras meas miserias accessit dolor & Dolobellæ ualitudīe & Tulliæ omnīo de oībus rebus nec qd cōsilii capiam nec quid faciam scio. Tu uelim tuam & Tulliæ ualitudinem cures. Vale.

M. T. C. Terentiæ Tulliæq; suis S. d. p.

Vid fieri placeret scripsi ad Pōpōium serius q̄ oportuit. Cū eo si locuta eris intelliges quid fieri uelim Apertius scribi quādo ad illū scripserā necesse nō fuit. De ea re & de cæteris rebus q̄primū uelī nobis lr̄as mittas ualitudinē tuā cura diligenter. vale . vii. idus qnt.

M. T. C. Terentiæ suæ S. d. p.

I uales bene est ego quidem ualeo. Tullia nostra uenit ad me pridie idus Iunii cuius sūma uirtute & singulari humanitate grauiore ē sū dolore affectus nr̄a factū esse neglīgētia ut lōge alia ī fortūa esset atq; eius pietas ac dignitas postulabat Nobis erat ī aīo Ciceronem ad cæsarē mittere & cū eo Gn. salustiū si ꝑfectus erit: faciā te certiorē. ualitudinē tuā diligenter cura. vale. xiiii. kl. qntilles.

M. T. C. Terentiæ suæ S. d. p.

Vod nos ī italiā saluos uenisse gaudes perpetuo gaudeas uelī Sed pturbati dolore animi magnisq; iniuriis metuo: ne id cō silii ceperimus quod nō facile explicare possimus. Quare quantum

potes adiuua.quid autem possis mihi in mentem non uenit In uiā ꝙ te des hoc tempore nihil est & longum est iter & non tutum Et nō uideo qd ꝓdesse possis si ueneris.vale.Datū pridie nonas nouembris brūdusii

M.T.C.Terentiæ suæ·S.d.p.

Vod scripsi ad te proximis litteris de nuncio remittendo:quæ sit istius uis hoc tēpore et quæ concitatio multitudinis ignoro Si metuendus iratus est qes tamen ab illo nascetur fortasse : Totum iudicabis quale sit Et ꝙ in miserrimis rebus minime miserum puta/bis id facies.vale.septimo Idus quintilles .

M.T.C.Terentiæ suæ S.d.p.

I uos ualetis nos ualemus.uestrū iam cōsiliū est non solū meū quid sit uobis faciendū si ille romā modeste uenturus recte in præsentia domi esse potestis:sin homo amens diripiēdā urbem daturus est:uereor ut dolobella ipse satis nobis prodesse possit Etiā illud metuo ne iam intercludamini ut cū uelitis exire non liceat.Reliquū est quod ipse optime considerabitis uestri similes fœmīæ sint ne romæ si enim nō sunt uidendū est ut honeste uos esse possitis Quādo quidem nunc res se habet modo ut hæc uobis loca tenere liceat bellissime uel mecum uel in nostris prædiis esse poteritis Etiā illud uerendum est ne breui tempore fames in urbe sit.His de rebus uelim cū Pomponio cum camillo cū quibus uobis uidebitur cōsideretis Ad summam animo forti sitis labienus rem meliorem fecit Adiuuat etiā Piso ꝙ ab urbe discedit & sceleris cōdēnat generū suū.uos meæ carissimæ animæ quāsæpissime ad me scribite & uos quid agatis & quid istic agatur.Quintus pater & filius & Ruffus uobis salutē dicūt.valete Octauo kalendas quintilles.Minturnis .

M.T.C.Terentiæ suæ S.d.p.

I uales bene est ego quidem ualeo cōstitueramus ut ad te an/tea scripserā obuiam Ciceronem Cæsari mitere.Sed mutauimus cōsiliū qa de illius aduentu nihil audiebāus. De cæteris rebus &si nihil erat noui:tamen quid uelimus & quid hoc tēpore putemus opus esse ex Sicca poteris cognoscere.Tulliam adhuc mecum teneo ualitu/dinem tuam cura diligenter vale xii.kalendas quintilles .

M . T . C . Terentiæ ſuæ S.d.p.

T ſi eiuſmodi tempora noſtra ſunt ut nihil habeam quod aut a te litterarum expectem aut ipſe ad te ſcribam tamen neſcio quo modo & ipſe ueſtras litteras expecto & ſcribo ad uos cum habeo q ferat uolumina Debuit in te officioſior eſſe quã fuit & id ipſũ quod fecit potuit diligentius facere & cautius quãquam alia ſunt quæ magis curemus magiſque doleamus Quæ me ita cõficiunt uti ei uoluerunt qui me de mea ſententia detruſerunt Cura ut ualeas .

M.T.C.Terentiæ Tulliæq; ſuis S.d.p.

I qd haberẽ quod ad te ſcriberem:facerẽ id et pluribus uerbis & ſæpius.nunc quæ ſint negocia uides ego autẽ quomodo ſim aflictus ex lepta & Trebatio poteris cognoſcere. Tu fac ut tuam & tulliæ ualitudinem cures .Vale.

M.T.C.Terentiæ Tulliæq; ſuis S.d.p.

Onſiderãdum uobis etiã atque etiã animæ meæ diligenter puto quid faciatis:romæ ne ſitis an mecũ in aliquo tuto loco Id non ſolum meũ conſilium eſt:ſed etiam ueſtrum.Mihi ueniũt in mentem hæc romæ uos eſſe tuto poſſe per Dolobellã:eamq; rem poſſe nobis adiumẽto eſſe ſi qua uis aut ſi quæ rapinæ fieri cœperint.ſed rurſus illud me mouet ꝙ uideo omnes bonos abeſſe roma & eos mulieres ſuas ſecum habere.Hæc autem regio in qua ego ſum noſtrorum eſt tum oppidorum tum etiam prædiorũ ut & multum eſſe mecum et cũ abieritis cõmode et in noſtris prædiis eſſe poſſitis Mihi non plane ſatis conſtat adhuc utrum ſit melius Vos uidete quid aliæ faciãt iſto loco fœminæ et ne cum uelitis exire nõ liceat Id uelim diligẽter etiam atque etĩ uobiſcum et cum amicis cõſideretis Domus ut ꝓpugnacula & prædiũ habeat Philitimo dicetis Et uelim tabelarios inſtituatis certos ut quottidie aliquas a uobis litteras accipiã:maxĩe aũt date operã ut ualeatis:ſi uos uultis ualere.Octauo kl.formiis.

M.T.C.Terentiæ Tulliæq; ſuis.S.d.p.

N maximis meis doloribus excrutiat me ualitudo Tulliæ nr̃æ De qua nihil eſt quod ad te plura ſcribam Tibi.n.atq; magnæ

curæ esse certo scio:q̈ me propius uultis accedere uideo ita esse faciẽdum & iam ante fecissem sed me multa impediuerunt quæ ne nunc quidem expedita sunt:Sed a pomponio expecto litteras quas ad me q̃primum perferendas cures uelim.Da operam ut ualeas.

M.T.C.Terentiæ Tulliæq; suis.S.d.p.

N tusculanũ nos uenturos putamus aut nonis aut postridie ibi fac ut sint omnia parata plures enim fortasse nobiscũ erunt et ut arbitror diutius ibi cõmorabimur.Labrum si in balneo non est fac ut sit.Item cætera quæ sunt ad uictum et ualitudinem necessaria Vale.quarto kalendas octobris.De uenusio.

M.T.C.TerentiæTulliæque suis S.d.p.

I uales bene est ego quidẽ ualeo.Da operã ut cõualescas quod opus erit ut res tẽpusque postulat ꝓuideas atque administres et ad me de omnibus rebus q̃sæpissime litteras mittas Vale.

M.T.C.Terentiæ & Tulliæ suis S.d.p.

I uales bene est ego qdẽ ualeo.nos quottidie tabellarios ur̃os expectamus qui si uenerint fortasse erimus certiores quid nobis faciendum sit faciemusque te statim certiorem.ualitudinem tuã cura diligenter.vale.kalendis septembris.

M.T.C.Terentiæ & Tulliæ suis S.d.p.

I uales bene est ego quidem ualeo.Redditæ mihi tandem sunt a Cæsare litteræ satis liberales et ipse opinione celerius uenturus esse dicitur:Cui utrum obuiam procedam an hic eum expectem cum constituero faciã te certiorem.Tabellarios mihi uelim q̃primũ remittas.ualitudinem tuã cura diligenter.vale Datũ pridie kal.sextil

M.T.C. Terentiæ & Tulliæ suis S.d.p.

I uales bene est ego quidem ualeo.nos neq; de Cæsaris aduẽtu neque de litteris quas Philotimus habere dicitur quidq̃ adhuc certi habemus.Si quid erit certi faciam te statim certiorem.ualitudinem tuam fac ut cures.Vale.tertio Idus sextiles :.

M.TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM LIBER XV

M.T.C.M.F. ꝓcons.Consu.T. Pl.Sena.P.que.R.S.d.p.

I uos ualetis bene est Ego quoq; ualeo.Etsi nō du
bie mihi nunciabatur parthos transisse euphratē
cum omnibus fere suis copiis:tamē ꝙ arbitrabar
a M. Bibulo ꝓconsule:certiora de his rebus ad
uos scribi posse statuebam mihi non necesse esse
publice scribere ea quae de alterius prouintia nū
ciarentur.Postea uero ꝗcertissimis auctoribus:legatis nunciis lr̄is
sum certior factus uel quod tāta res erat uel quod nondum audie
ramus Bibulum in syriam uenisse:uel quia administratio huius bel
li mihi cum Bibulo pœne est cōmunis quæ ad me delata essent:scri
benda ad uos putaui Regis Antiochi Comageni legati primi mihi
nunciarunt parthorum magnas cōpias euphratem trāsire cœpisse
Quo nuncio allato:cum essent nōnulli qui ei Regi minorem fidem
habendam putarent statui expctādum esse si quid certius afferetur
Ad.xiii.kl.Octobris cum exercitum in ciliciam ducerem in finibus
lycaoniæ:e cappadocia mihi litteræ redittae sunt a tarchōdimoto:q
fidelissimus socius trans taurum amicissimusq; Populi Romani ex
istimatur.Parcorem orodis regis parthoꝝ filium:cum permagno
equitatu parthico transisse euphratē:& castra posuisse tibe:magnū
que tumultū esse in prouincia syria excitatū.Eodem die a Iambico
Philarcho arabū:quem homines opinantur bene sentire:amicumq;
esse Reip.nostræ litteræ de iisdem rebus mihi redditæ sunt.His re/
bus allatis:& si ītelligebam socios infirme animatos esse & nouarū
rerum expectatione suspēsos:sperabā tamē eos ad quos iam accesse
ram quiq; nostrā cōsuetudinē:integritatēq; perspexerāt amiciores
Populo Ro.esse factos.Ciliciam autem firmiorem fore si æquitatis
nostræ particeps facta esset.Et ob eam causam & ut opprimerētur
hi qui ex cilicū gente in armis essent & ut hostis is qui esset in syria
sciret exercitū populi Ro.non modo non cedere his nunciis allatis
sed etiam propius accedere exercitum ad taurū institui ducere.Sed
si qd apud uos auctoritas mea ponderis habet in his præsertim re/
bus quas uos audistis ego pœne cerno magnopere uos & hortor
& moneo ut his prouinciis serius uos quidē ꝗ decuit:sed aliquādo
tamē cōsulatis.uos quēadmōm īstructos & qbus præsidiis mūitos
ad tanti belli opinionē miseritis non estis ignari quod ego negociū

non stulticia obcœcatus:seb uerecūdia deterritus non recusaui neq; enim unquā ullum piculum tantū putaui:quod subterfugere mallem q̄ uestræ auctoritati obtemperare.Hoc autem tempore res se/se sic habet:ut nisi exercitum tantum quātum ad maximū bellum mittere soletis mature in has puincias miseritis sūmum piculum sit ne amittendæ sint omnes hae prouīciæ: qbus uectigalia Po.Ro. continent̄.Quāobrē ut in hoc puinciali delectu spem habeatis ali/quam:causa nulla est neque multi sunt & diffugiunt qui sunt metu oblato.Et quod genus hoc militum sit indicauit uir fortissimus.M Bibulus in asia qui cum uos ei pmisissetis delectū habere noluerit Nam sociorū auxilia propter acerbitatē atque iniurias imperii nr̄i aut ita ībecilla sunt:ut nō multū nos iuuare possint aut ita aliēata a nobis ut neque expectandū ab his neque cōmittendum his quicq̄ esse uideatur.Regis Deiotari & uoluntatē & copias quātæcūq; sunt nostras esse duco.Cappadocia est inanis.Reliqui Reges tyrānique neque opibus satis firmi nec uoluntate sunt.Mihi in hac paucitate militum certe animus non deerit.Spero ne consilium quidē quid casurum sit incertū est.Vtinam saluti nostræ cōsulere possimus:dignitati certe cōsulemus.Valete

M.T.C.M.F. Procon.Consu.Præt.T.pl.Senatui Po.que ro. S.d.p.

SI uos ualetis bene est:ego qdem ualeo.Cum pridie kl.sextilis in puinciam uēissem:neque maturius propter itīerum & nauigationū difficultatem uenire potuissem:maxime cōuenire officio meo.reiq;pu.conducere putaui parare ea quæ ad exercitum quæq; ad rem militarem pertinerent .Quæ cum essent a me cura magis & diligentia q̄ facultate & copia constituta nunciique & litteræ de bello a parthis in prouinciā syriam illato quottidie fere afferentur iter mihi faciendū per lycaoniā & per isauros & per Cappadociā arbitratus sum.Erat ēim magna suspicio parthos:si ex syria egredi adque irrumpere ī eam prouinciā cōarētur iter eos per Cappa/dociā quod ea maxime pateret esse facturos.Itaque cum exercitu per Cappadociæ partem eam quæ cum cilicia continens est iter feci Castraque ad cybistra quod oppidū est ad mōtem taurū loca/ui ut Artuasdes Rex Armenius quocunque animo esset:sciret non procul a suis finibus exercitū po.Ro.esse & Deiotarū fidelissimum Regem atque amicissimū Reip.nostræ maxime cōiūctum haberē cuius & consilio & opibus adiuuari posset Resp.Quo cum in loco

castra haberem equitatūq; ĩ Ciliciam misissem:ut & meus aduētus his ciuitatibus quæ in ea parte essent nunciatus firmiores animos omnium faceret:& ego mature quid ageretur in syria scire possē tempus eius tridui:quod in his castris morabar in magno officio & necessario mihi ponendū putaui.Cum enim uestra auctoritas in tercessisset:ut ego Regem Ariobarzanem

tuerer eiusque regis salutem:incolumitatē regnumq; defēde rem regi regnoq; præsidio essē adiunxissetisq; salutē eius regis po. Senatuiq; Ro.magnæ curæ esse:quod nullo unquam de rege decre tum esset a nostro ordīe existimaui me iudiciū uestrum ad regem deferre debere eique præsidiū meum & fidem & diligētiā polliceri ut quando salus ipsius incolumitas regni mihi cōmendata esset a uobis diceret si quid uellet.Quæ cum essem ĩ consilio meo cū rege locutus initio ille orationis suæ uobis maximas ut debuit.Deinde etiam mihi gratias egit ꝙ ei permagnū & ꝑhonorificum uidebatur S.P.q.R.tātæ curæ esse salutem suam:meq; tantam diligentiā adhĩ bere:ut & mea fides & cōmēdatiōis uṝæ auctoritas perspici posset Atque ille primo:quod mihi maximæ leticiæ fuit ita mecū locutus est:ut nullas insidias uitæ suæ:neque regno diceret se aut ĩtelligere fieri aut etiam suspicari.Cum ei ego gratulatus essem idq; me gau dere dixissem cohortatus ut recordaret̃ casum illum ĩteritus pater ni & uigilanter se tueretur.atque admonitu Senatus consuleret sa/ luti suæ:tum a me discessit in oppidum cybistra:Postero autem die cum Ariarate fratre suo & cum paternis amicis maioribus natu ad me in castra uenit ꝑturbatusq; & flæns:cum idem & frater faceret & amici meam fidem & uestrā cōmendationē implorare cœpit.Cū admirarer quid accidisset noui:dixit ad se iudicia manifestaꝝ insidi arum esse delata quæ essent ante aduētum meum occultata:ꝙ hi q ea patefacere possent propter metū reticuissent.Eo autem tempo re spe mei præsidii cōplures ea quæ scirent audacter ad se detulisse ĩ his amātissimū sui summa pietate præditū fratrem dicere ea quæ me is quoque audiente dicebat se solitum esse ut regnare uellet.Id uiuo fratre suo accidere nō potuisse se tamen ante tēpus illud eam rem nunquā in mediū propter periculi metū protulisse.Quæ cum esset locutus monui regem ut omnē diligentiā ad se cōseruandum adhiberet aīcosq; in patris eius fide atq; iudicio ꝓbatos hortatus sū regis sui uitā docti casu accerbissimo patris eius ōni cura custodia que defenderent.Cum Rex a me equitatum cohortesq; de exercitu meo postularet:& si intelligebā uestro Senatusconsulto non modo

posse me id facere:sed etiam debere. Tamen cum respu.postularet propter quottidianos ex syria nūcios ut q̄primum exercitum ad ciliciæ fines adducerem cumque Rex mihi patefactis iam insidiis nō egere exercitu po.ro.sed posse se suis opibus defendere uideretur. Illū cohortatus sū ut ī sua uita cōseruāda primū regnare disceret a quibus perspexisset sibi insidias paratas in eos uteretur iure regio pœna afficeret eos quos necesse esset reliquos metu liberaret. Præsidio exercitus mei ad eorum qui in culpa essent timorem potius quā ad contentionē uteretur. Fore autem ut omnes quando Senatusconsultū nossent intelligerēt me regi si opus esset ex auctoritate uestra præsidio futurum. Ita confirmato illo ex eo loco castra moui iter in ciliciam facere institui. Cum hac opinione e cappadocia discederem ut consilio uestro casu incredibili ac pœne diuino Regem quem uos honorificētissime appellassetis:nullo postulante quéque maxæ fidei cōmendassetis & euius salutem magnæ uobis curæ esse decreuissetis:meus aduentus de præsentibus īsidiis liberaret quod ad uos a me scribi non alienum putaui ut intelligeretis ex his quæ pœne acciderunt uos multo ante ne ea acciderent prouidisse:eoque uos studiosius feci certiores in rege Ariobarzāe ea mihi signa uideor uirtutis:īgenii fidei bēiuolētiæq; erga uos ꝑspexisse:ut nō sine causa tātā curā ī eius uos salutē diligētiāq; uideāini cōtulisse. Vale

M. T. C. Procon M. Catoni S.d.p.

Vm ad me legati missi ab Antiocho Cōmageno uenissent in castra ad Iconium ad iii.no.Septēbris. Iique mihi nunciassēt regis parthoꝝ filium quo cum esset nupta Regis Armenioꝝ soror ad euphratem cum maximis parthoꝝ copiis multaꝝq; præterea gētium magna manu uenisse euphratéque iam transire cœpisse dicique Armeniū Regem in Capadocia impetum esse facturū putaui pro nr̄a necessitudine me hoc ad te scribere oportere. Publice ꝓpter duas causas nihil scripsi ꝙ & ipsum Cōmagenū legati dicebant ad Senatū statim nūtios litterasq; misisse. Et existimabā.M.Bibu. ꝓconsulem qui circiter Idus Sestilis ab ephεso in syriam nauibus ꝓfectus erat ꝙ secundos uentos habuisset iam in ꝓuinciam suam peruenisse Cuius litteris omnia certiora perlatum iri ad senatum putabam. Mihi ut in huiusmodi re tantoq; bello maxime curæ est ut quæ copiis & opibus tenere uix possumus ea māsuetudīe & cōtinentia nostra sociorum fidelitate teneāus. Tu uelim ut consuesti

nos abſentes diligas & defendas. Vale

M. T. C. Imp. M. Catoni S.d.p.

Vmma tua auctoritas fecit: meumq; ꝑpetuum de tua ſingu lari uirtute iudicium ut magni mea intereſſe putarē: & res eas quas geſſiſſem tibi notas eſſe: & nō ignorari a te qua æqtate & continentia tuerer ſocios prouinciāq; adminiſtrarē. His enim a te cognitis arbitrabar facilius me tibi quæ uellem ꝓbatuꝝ. Cum in prouinciā pridie kl. ſextilis uēiſſem: & propter anni tēpus ad exer citam mihi confeſtim eſſe eundum uiderer̃. Biduum laodiceæ fui: deinde apameæ quatriduū: triduum ſynadis totidem dies philome li: qbus in opidis cum magni cōuentus fuiſſent multas ciuitates a/ cerbiſſimis tributis: & grauiſſimis uſuris: & falſo ære alieno libera ui. Cumque ante aduentum meum ſeditione quadam exercitus eſ/ ſet diſſipatus quinq; cohortes ſine legato: ſine tribuno militum de niq; etiam ſine centurione ullo apud Philomelū cōſediſſent: reliqu us exercitus eſſet in lycaonia M. Māeio legato imperaui: ut eas qn/ que cohortes ad reliquum exercitū duceret coactoq; in unum locū exercitu caſtra in lycaonia apud Iconium faceret quod cum ab eo diligenter eſſet actum ego in caſtra ad ſep. kl. ſeptembris ueni. cū īterea ſupioribus diebus ex Senatuſcōſulto & euocatoꝝ firmā ma nū & eqtatū ſane idoneum & populoꝝ liberoꝝ regumq; & ſociorū auxilia uolūtaria cōparauiſſem. Interim cum exercitu luſtrato iter in ciliciam facere cœpiſſem. kl. ſeptembris legati a Rege Cōmagēo ad me miſſi ꝑtumultuoſe: neque tamen non uere parthos in ſyriā tranſiſſe nunciarūt. Quo audito uæhemēter ſum cōmotus tum de ſyria tum de mea prouincia. de reliqua dēique aſia. Itaque exercitū mihi ducendum per cappadociæ regionē eam quæ Ciliciam attin/ geret putaui. Nam ſi me in ciliciam demiſiſſem: Ciliciā qdem ipſā propter montis amani naturam facile tenuiſſem. Duo ſunt enim aditus in ciliciam ex ſyria quoꝝ uterque paruis præſidiis propter anguſtias intercludi poteſt. Nec eſt quidq̄ cilicia cōtra ſyriam mu/ nitius. Sed me cappadocia mouebat quæ patet a ſyria: regeſque ha bet finitimos qui etiam ſi ſunt amici nobis tamen aperte parthis inimici eſſe non audent. Itaque in cappadocia extrema non longe a thauro apud opidum cibiſtra caſtra feci ut & ciliciā tuerer: & cap padociam tenens noua finitimoꝝ conſilia impedirē. Interea in hoc tanto motu: tantaq; expectatione maximi belli Rex Deiotarus cui

non sine causa plurimũ semp & meo & tuo & Senatus iudicio tri/
butum est: Vir tum beniuolentia & fide erga populum romanum
singulari tum præstantiæ magnitudine & animi & consilii legatos
ad me misit se cum omnibus suis copiis in mea castra esse uentuꝝ
Cuius ego studio & officio cõmotus egi per litteras gratias: idque
ut maturaret hortatus sum. Cum autem ad cibistra propter rõnẽ
belli qnque dies essem regem Ariobarzanẽ cuius salutem a Senatu
te auctore cõmendatã habebam præsentibus insidiis neque opinan
tem liberaui neque solum ei saluti fui: sed etiã curaui ut cũ aucto/
ritate regnaret Metram & eum quem tu diligenter mihi cõmẽda
ras Atheneũ importũitate athenaidis exilio mulctatos maxĩa apud
regem auctoritate gratiaq; constitui. Cumque magnum bellum in
cappadocia concitaret: si sacerdos armis se: quod facturus putaba
tur defenderet adolescens & equitatu & peditatu & pecunia para/
tus: & toto his qui nouari aliquid uolebãt pfeci ut e regno ille di/
scederet. Rexque sine tumultu ac sine armis omni auctoritate au/
læ cõmunita regnũ cum dignitate obtineret Interea cognoui mul/
torum litteris atque nunciis magnas parthoꝝ copias arabũ ad op
pidum antiochiã accessisse: magnũque eorum eqtatum qui in cili/
ciam trãsisset ab equitatu meoꝝ turmis & a cohorte prætoria: quæ
erat ephiphaneæ præsidii causa occidione occisum. Quare cum ui
derem a cappadocia parthoꝝ copias auersas: non longe a finibus
esse ciliciæ: q̃potui maximis itineribus ad amanũ exercitũ duxi. quo
ut ueni hostẽ ab antiochia recessisse Bibulũ antiochiæ esse cognoui
Deiotaꝝ confestim iam ad me uenientem cum magno & firmo e
quitatu & peditatu: & cum omnibus suis copiis certiorem feci nõ
uideri esse causam cur abesset a regno: meque ad eum si quid for
te noui accidisset: statim litteras nuntiosque missurũ esse. Cumque
eo animo uenissem ut utrique prouinciæ si ita tempus ferret sub/
uenirem: tamen id quod iam ante cõstitueram uæhementer ĩteres
se utriusque prouinciæ pacare amanum & ppetuum hostem ex eo
monte tollere agere perrexi. Cumque me discedere ab eo monte si/
mulassem: & alias partis ciliciæ petere: abessemq; ab amano iter ũi
us diei & castra apud epiphaneã fecissem ad quartũ idus octobris.
Cum aduesparsceret expedito exercitu ita noctu iter feci: ut ad iii i
dus octobris cum lucesseret in amanũ ascẽderẽ distributisq; cohor
tibus & auxiliis cum aliis quintus frater legatus mecum simul: ali
is C. Pontinus legatus: reliquis Marcus Mãneius & lutius Tulleius
legati præessent plerosq; nec opinãtis oppressimus: qui occisi cap/

tique sunt:interclusi reliqui fugerunt.Amani autem quæ fuit nõ
uici instar sed urbis:quod erat Amani caput.Itemque sepirã & ce
minorim acriter & diu repugnantibus Pontino illam partem ama
ni tenente ex antelucão tempore usque ad horam diei decimã ma/
gna multitudie hostium occisa cœpimus:Castellaque sex capta:cõ
plura incendimus.His rebus ita gestis:castra in radicibus amani
habuimus apud aras Alexandri quatriduũ:& in reliquis amani de
lendis agrisque uastandis quæ pars eius montis meæ ꝓuinciæ est
id tempus omne consũpsimus.Confectis his rebus ad oppidũ eleu
chencilicũ pindenissũ exercitum adduxi:quod cum esset altissimo
& ꝑmũitissimo loco:ab hisque incoleretur qui ne regibus qdem ũq̃
paruissent.cum & fugitiuos reciperent:& parthoꝝ aduentũ acerri
me expectarent:ad existimationẽ ĩperii ꝑtinere arbitratus sum cõ
primere eorum audaciam quo facilius etiam cæteroꝝ animi qui a/
lieni essent ab imperio nostro frangerent͏̃.Vallo & fossa circũdedi
sex castellis castrisque maximis sepsi.Aggere uĩeis turribus oppu/
gnaui usq; tormentis multis:multis sagitariis magno labore meo
sine ulla molestia sumptu ue socioꝝ septimo qnquagesimo die rem
confeci:ut omnibus partibus urbis disturbatis:aut incensis cõpul
si in potestatẽ meam ꝑuenirent.His erãt finitimi pari scelere & au
dacia tabarani.Ab iis pindenisso capto obsides accepi.Exercitũ in
hiberna dimisi.q.fratrem negotio præposui ut in uicis aut captis
aut male pacatis exercitus collocaretur.Nunc uelim tibi sic ꝑsua/
deas:si de his rebus ad Senatum relatum sit me existimatuꝝ sũmã
mihi laudem tributam si tu honorem meum sententia tua comꝓ/
baris.Idque etsi talibus de rebus grauissimos hõines & rogare so/
lere & rogari scio:tamen admonendũ potius te a me quam rogan
dum puto.Tu es enim is qui me tuis sentẽtiis sæpissime ornasti:q
oratione qui prædicatione:qui sũmis laudibus in senatu in concio
nibus ad cælum extulisti.Cuius ego semꝑ tanta esse uerborũ pon/
dera putaui ut uno uerbo tuo cum mea laude coniũcto omnia asse
qui me arbitrarer.Te denique memini cum cuidam clarissimo atq;
optimo uiro supplicationẽ nõ decerneres:dicere te decreturũ si re
ferretur ob eas res:quas is consul in urbe gessisset.Tu idem mihi
supplicacionẽ decreuisti togato:nõ ut multis rep.bene gesta:sed ut
memĩi rep.cõseruata.Mitto quod ĩuidiã:quod ꝑicula:quod oẽs me
as tempestates & subieris:& multo etiam magis si per me licuisset
subire paratissimus fueris.Quod denique inimicũ meum tuũ ini
micũ putaris:cuius etiam interitũ ut facile ĩtelligerẽ mihi quãtũ

tribueres Milonis causa in Senatu defédéda approbaris. A me au/
tem hæc sunt profecta: quæ ego in beneficii loco non pono: sed in
ueri testimonii atque iudicii non ut præstãtissimas tuas uirtutes nõ
tacitus admirarer Quis enim de te id non facit? Sed in omnibus ꝓ
rationibus sententiis dicendis: causis agendis omnibus scriptis græ
cis latinis omni denique uarietate litteraꝝ mearum: te non modo
iis quos uidissemus: sed iis de qbus audissemus omnibus ãteferrẽ.
Queres fortasse quid sit: quod ego nescio quid gratulationis & ho/
noris a Senatu tanti æstimem Agam iam tecum familiariter ut est
& studiis: & officiis nostris mutuis & sũma amicicia dignũ: & neces/
situdine etiam paterna. Si quisq̃ fuit unquã remotus: & natura &
magis etiam ut mihi qdem sentire uideor ratiõe & doctrina ab ina
ni laude & sermonibus uulgi Ego ꝓfecto is sum. Testis est consula
tus meus in quo sicut in reliqua uita fateor ea me studiose secutũ
ex qbus uera gloria nasci posset Ipsam qdem gloriam per se nunq̃
putaui expetendam. Itaque & prouinciã ornatã: & spem non dubiã
triumphi neglexi. Sacerdotiũ denique cum quéadmodũ te existima
re arbitror non difficillime conseq possem: non appetiui. Idem post
iniuriam acceptam quam tu Reipu. calamitatẽ semp appellas meã
non modo non calamitatẽ: sed etiam gloriam studui q̃ornatissima
Senatus populiq; ro. de me iudicia ĩtercedere. Itaq; & augur postea
fieri uolui quod antea neglexeram: & eum honorem qui a Senatu
tribui rebus bellicis solet: neglectum a me olim: nunc mihi expeten/
dum puto huic meæ uoluntati: in qua inest aliqua uis desyderii ad
sanãdũ uulnus iniuriæ ut faueas adiutorq; sis: quod paulo ante me
negare rogatuꝝ uæhementer te rogo. Sed ita si non ieiunũ hoc ne/
scio quid: quod ego gessi & conténendũ uidebitur Sed tale atque tã
tum ut multi nequaq̃ paribus rebus honores sũmos a senatu conse
cuti sint. Eqdem etiam mihi illud animum aduertisse uideor. Scis
enim q̃attente te audire soleam te non tam res gestas q̃ mores ĩsti/
tuta atque uitam impatorũ spectare solere in habendis aut non ha
bendis honoribus. Quod si in mea causa cõsyderabis reperies me
exercitu imbecillo: contra metum maximi belli firmissimũ præsidi
um habuisse æquitatem & continentiã. His ego subsidiis ea sum cõ
secutus quæ nullis legionibus consequi potuissem ut ex alienissimis
sociis ãicissimos ex ĩfidelissimis firmissimos redderẽ: animosq; no/
uarum rerum expectatione suspẽsos ad uæteris imperii bẽiuolẽtiã
traducerẽ. Sed nimis hæc multa de me præsertim ad te a quo uno
omnium sociorũ querelæ audiuntur cognosces ex his qui meis ĩsti

tutis se recreatos putant. Cumque omnes uno prope consensu de me apud te ea quæ mihi optatissima sunt prædicabunt: tũ duæ ma/ xime clientelæ tuæ ciprus insula: & cappadociæ regnũ tecum de me loquent᷑ Puto etiam regẽ Deiotarũ qui uni tibi est maxime necessa rius. Quæ si etiã maiora sunt: & in omnibus sæculis pauciores uiri reperti sunt qui suas cupiditates: q̃ qui hostium copias uincerẽt ẽ profecto tuum cum ad res bellicas hæc quæ rariora & difficiliora sunt genera uirtutis adiũxeris ipsas illas res gestas iustiores esse & maiores putare. Extremũ illud est ut quasi diffidens rogatiõi meæ phĩam ad te allegem: qua nec mihi carior ulla unquam res in uita fuit nec hominum generi maius a deis munus ullum est datũ. Hæc igitur quæ mihi tecum cõmunis est societas studiorũ atque artiũ nostrarũ: quibus a pueritia dediti ac deuicti soli propemodũ nos phĩam illam ueram & antiquã quæ quibusdam otii esse ac desidiæ uidetur. in forum atq; in Rempubilcam atque in ipsam aciẽ pene deduximus tecum agit de mea laude cui negari a Catone fas esse non puto. Quamobrẽ sic tibi persuadeas uelim: si mihi tua sentẽtia tributus honos ex meis litteris fuerit: me sic existiãturũ tũ auctori/ tate tua tum beniuolentia erga me mihi quod maxime cupierim contigisse: Vale.

M. Cato. M. T. Cic. Imp. S. d. p.

Vod & Respublica me & nostra amicicia hortatur libenter facio ut tuam uirtutem: innocentiam diligentiam cognitam ĩ maxĩs rebus domi togati armati foris pari ĩdustria administrari gaudeam. Itaque quod pro meo iudicio facere potui ut innocentia consilioq; tuo defensam prouinciã seruatũ Ariobarzanis cum ipso rege regnum socioꝝ reuocatã ad studiũim perii nostri uolũtatem sentẽtia mea & decreto laudarẽ Feci supplicationẽ decretam si tu qua ĩ re nihil fortuito: sed sũma tua ratiõe & cõtinẽtia Reipublice prouisũ est diis immortalibus gratulari nos q̃ tibi referri acceptũ mauis gaudeo. Quod si triũphi prærogatiuã putas supplicatiõem & idcirco casum potius quam te laudari mauis neq; supplicationẽ seqtur semper triumphus: & triumpho multo clarius est Senatum iudicare potius mansuetudine & innocentia impatoris ꝓuinciam quam ui militum aut benignitate deorum retentã atque conserua/ tam esse. Quod ego mea sententia censebam atque hæc ego idcirco ad te contra cõsuetudinẽ meam pluribus scripsi: ut quod maxĩe uo lo existimes me laborare ut tibi ꝑsuadeam me & uoluisse de tua ma

iestate quod amplissimū sum arbitratus:& quod tu maluisti factū esse gaudere. Vale & nos dilige:& instituto itinere seueritatē diligē tiamq; sociis & reipublice præsta. Vale

M. T. C. M. Catoni S.d.p.

Aætus sum laudari me inquit Hector. Opinor apud Neuiū abs te pater a laudato uiro. Ea est enim ꝑfecto iocunda laus quæ ab his proficiscit̃:qui ipsi in laude uixerunt. Ego uero uel gra tulatione litteraꝝ tuarum uel testimōiis sentētiæ dictæ:nihil ē quod me non assecutū putem. Idque mihi tum amplissimū:tum gratissi mū est:te libenter amiciciæ dedisse quod liquido & ueritati dares.& si non modo unus uerum etiam multi catões essent in ciuitate nr̃a in qua unum extitisse mirabile est quem ego currū aut quā laureā cum tua laudatione conferrem:nam ad meum sensum & ad illud sincerum ac subtile iudiciū nihil potest esse laudabilius quā ea tua oratio quæ est ad me ꝑscripta a meis necessariis. Sed causam meae uoluntatis non enim dicam cupiditatis exposui tibi supioribus lr̃is Quæ etiam si parum iusta tibi uisa est:hanc tamen habet rationē non ut nimis concupiscēdus honos:sed tamen si non deferat̃ a Sēa tu minime aspnandus esse uideatur. Spero autem illum ordinem ꝑ meis ob rem publ. susceptis laboribus me nō indignū honore usita to praesertim existimaturū. Quod si ita erit tantū ex te peto quod amicissime scribis ut cum tuo iudicio quod amplissimū esse arbitra ris mihi tribueris. Si id quod maluero acciderit gaudeas sic enim fe cisse te & scripsisse & uerius sensisse uidero Resq; ipsa declarat tibi illum honorē nostrū supplicationis fuisse iocūdum quod scribēdo affuisti Hæc enim senatuscōsulta nō ignoro ab amicissimis eius cu ius de honore agitur scribi solere. Ego ut spero te ꝓpediem uidebo atq; utinā Republi. meliore q̃ timeo. Vale

M.T.Cicero ꝓcōsul.M.Marcello Con.S.d.p.

E et pietatis in tuos & animi in rem publ.& clarissimi atq; op timi consulatus C.marcello consule facto fructū cœpisse uæ hementer gaudeo non dubito quin præsentes sentiant.nos qdem lō ginqui:& a te ipso missi in ultimas gētes:ad cælum me hercule tol limus uerissimis ac iustissimis laudibus. Nam cū te a pueritia tua unice dilexerim:tuque me in omni genere semp āplissimū esse & uo

lueris & iudicaris tũ hoc uel tuo facto uel.po.ro.de te iudicio multo acrius uæhemẽtiusq; diligo. Maximaq; lætitia afficior cum ab hominibus prudẽtissimis uirisque optimis omnibus dictis:factis:studiis ĩstitutis uel me tui similem esse audio uel te mei. Vnum uero si addis ad præclarissimas res cõsulatus tui:ut aut mihi succedat q̃ primum aliquis aut ne quid accedat temporis ad id quod tu mihi & sẽatusconsulto & lege finisti Omnia me per te cõsecutm putabo Cura ut ualeas:& me absentem diligas atq; defendas. Quæ mihi de partbis nũtiata sunt:quia non putabã a me etiam nunc scribenda esse publice propterea ne pro familiaritate quidẽ nostra uolui ad te scribere ne cum ad cõsulẽ scripsissẽ:publice uiderer scripsisse. Vale

M. T. C. Procon. M. Marcel. Cons. S. d. p.

Axima sum lætitia affectus cum audiui te consulem factum esse:eumque honorẽ tibi deos fortunare uolo atque a te pro tua parentisq; tui dignitate administrari. Nam cum te sẽper dilexi amauiq;:tum mei iam amantissimũ cognoui in omni uarietate rerũ mearũ tum patris tui pluribus beneficiis uel defẽsus tristibus tẽporibus uel ornatus secũdis & sum totus uester & esse debeo. Cũ præsertĩ matris tuæ grauissimæ atque optimæ fœmĩæ maiora erga salutẽ dignitatẽq; mea studia q̃ erãt a muliere postulãda perspexirĩ Quapropter a te peto in maiorẽ modũ:ut me absentẽ diligas atq; defendas. Vale

M. T. C. Procon. M. Marcel. Cons. S. d. p.

Arcellum tuũ cõsulem factum teq; ea lætitia affectũ esse quã maxime optasti mirãdum in modũ gaudeo. Idq; cum ipsius causa tum ꝙ te õnibus secũdissimis rebus dignissimũ iudico:cuius erga me singularẽ beniuolẽtiã uel in labore meo:uel in honore perspexi. Totam deniq; domum uestram uel salutis uel dignitatis meæ studiosissimã cupidissimãq; cognoui. Quare gratum mihi feceris si uxori tuæ grauissimæ atq; optĩæ fœminæ meis uerbis eris gratulatus. A te id ꝙ sueuisti peto me absẽtẽ diligas atque defẽdas. Vale

M. T. C. Imp. C. Mar. Con. desig. S. d. p.

Vando id accidit quod maxime mihi fuit optatum ut õnium marcelloꝝ marcellinoꝝ etiam mirificus enim noĩs ac gẽeris

ueſtri fuit erga me ſemp animus Quando ergo ita accidit:ut om/
nium ueſtrum ſtudio tuus cõſulatus ſatisfacere poſſet:in quẽ res
meæ geſtæ lauſque & honos earum potiſſimũ incideret:Peto a te id
quod facillimũ factu ſit non aſpnãte ut confido ſenatu ut q̃ hono
rificẽtiſſimũ Senatuſcõſultũ litteris meis recitatis faciẽdum cures.
Si mihi tecum minus eſſet quam eſt cum tuis omnibus:allegarem
ad te illos a qbus intelligis me præcipue diligi.Patris tui beneficia
in me ſunt ampliſſima Neque enim ſaluti meæ neque honori amici
or quiſq̃ dici poteſt.Frater tuus q̃ti me faciat ſempque fecerit:eſſe
hominẽ qui ignorat arbitror neminem.Domus tua deniq; tota me
ſemper omnibus ſũmis officiis pſecuta eſt.neque uero tu in me di
ligendo cuiq̃ conceſſiſti tuorum.Quare a te peto ĩ maiorem modũ:
ut me p te q̃ornatiſſimũ uelis ẽẽ:meãq; & ĩ ſupplicatiõe decernẽda:
& ĩ cæteris rebus exiſtmationẽ ſatis tibi eſſe cõmẽdatã putes.uale

M. T . C.Imp.C.Marcello.Cõſuli.Deſignato.S.d.p.

Vantæ tibi curæ meus honos fuerit:& q̃ idem extiteris cõſul
in me ornãdo & ãplificãdo:qui fueras ſẽper cũ parẽtibus tuis
& cum tota domo & ſi res ipſa loquebatur cognoui tãen ex meorũ
omnium litteris.Itaque nihil eſt tantũ quod ego non tua cauſa de
beam facturuſq; ſim:cum ſtudioſe ac libenter.Nam magni ĩtereſt
cui debeas:debere autem nemini malui quam tibi:cui me cum ſtu
dia cõmunia beneficia paterna tuaque iam iam ante cõiunxerãt tũ
accedit mea qdem ſentẽtia maxiũm uinculũ quod ita Rempu.geris
atque geſſiſti:qua mihi carius nihil eſt ut quantum tibi omnes bõi
debeant: quo minus tantũdem ego unus debeam nõ recuſem.quã/
obrem tibi uelim hi ſint exitus.quos mereris & quos fore confido.
Ego ſi me nauigatio non morabitur quæ ĩcurrebat in ipſos eteſias
propediem te ut ſpero uidebo.Vale

M . T . C . Imp.L.Paulo Cons.Deſignato S.d.p.

T ſi mihi nunq̃ fuit dubiũ:quin te po.ro.pro tuis ſũmis ĩ rẽ
pu.meritis & p ampliſſima familiæ dignitate ſũmo ſtudio cũ
ctis ſuffragiis cõſulem facturus eſſet:tamen incredibili lætitia ſum
affectus cum id mihi nuntiatũ eſt.Eumque honorẽ tibi deos fortu/
nare uolo A teque ex tua maiorũq; tuoꝝ dignitate admĩiſtrari.Atq;
utinam præſẽs illum diem mihi optatiſſimũ uidere potuiſſem:pro/

que tuis amplissimis erga me studiis atque beneficiis:tibi operam meam studiũque nauare.Quam mihi facultatem quando hic nec opinatus & inprouisus ꝓuinciæ casus eripuit:tamen ut te consulẽ remp.pro tua dignitate gerẽtem uidere possim.Magnopere a te pe to ut operam des efficias ne quid mihi fiat iniuriæ ne ue quid tem poris ad meum ãnuũ munus accedat.Quod si feceris magnus ad tua pristina erga me studia cumulus accedet.vale

M . T . C . Imp.L.Paulo Cons.Desig.S.d.p.

Axime mihi fuit optatũ romæ esse tecum:multas ob causas sed præcipue ut & in petendo & in gerendo cõsulatu:meum debitum tibi studium pspicere posses.At petitionis qdem tuæ ratio mihi semper fuit explorata:sed tamen nauare operam uolebam:In consulatu uero cupio eqdem te minus habere negotii.Sed moleste fero me consulem tuum studium adolescẽtis pspexisse te meum cũ id ætatis sim pspicere non posse.Sed ita fato nescio quo contigisse arbitror ut tibi ad me ornãdũ semp detur facultas mihi ad remu nerandũ nihil suppetat præter uoluntatẽ.Ornasti consulatũ orna/sti reditum meum.Incidit meum tempus rerum gerẽdaꝝ in ipsum consulatũ tuum.Itaque cum & tua sũma amplitudo & dignitas & meus magnus honos magnaq; existimatio postulare uideatur:ut a te plurimis uerbis contẽdã ac petam ut q̃honorificẽtissime Senatus consultũ de meis rebus gestis faciendũ cures non audeo uæhemen ter a te contendere ne aut ipse tuæ ꝑpetuæ consuetudinis erga me oblitus esse uidear aut te oblitũ putem.Quare ut te uelle arbitror ita faciam atque ab eo quem omnes gentes sciunt de me optime meritũ breuiter petam.Si alii consules essent ad te potissimũ paule mitterem:ut eos mihi q̃amicissimos redderes.Nũc cum tua sũma potestas sũmaq; auctoritas notaq; omnibus nostra necessitudo sit uæhementer te rogo:ut & q̃honorificẽtissime cures decernendũ de meis gestis rebus & q̃celerrime dignas res esse & honore & gratula tione cognosces ex his litteris:quas ad te & collegam & Senatũ pu blice misi omniũq; mearũ reliquarũ reꝝ maxĩeque existĩatiõis meæ ꝓcuratiõe susceptã uelĩ habeas.In primisq; tibi curæ sit:quod abs te supioribus quoque litteris petiui ne mihi tẽpus prorogetˇ.cupio te consulẽ uidere omniaq; quæ spero tum absẽs tum etiam præsẽs te consule assequi.Vale

M. T. C. C. Cassio Proquest. S. d. p.

Arcum Fabium quod mihi amicum tua cōmēdatiōe das: nullum in eo facio quæstū: multi enim anni sunt cum ille in ære meo est: & a me diligitur propter sūmam eius humāitatē & obseruantiā. Sed tamen quod ab eo te egregie diligi sensi multo ei amicior sum factus. Itaq; quanq̄ ꝓfecerint litteræ tuæ: tamen aliquāto plus cōmēdationis apud me habuit āimus ipsius erga te mihi perspectus & cognitus. Sed de Fabio faciemus studiose quæ rogas tu multis de causis uellē me cōuenire potuisses. Primū ut te quē iam diu plurimi facio tanto interuallo uiderē deinde ut tibi quod feci per litteras possē præsens gratulari tū ut quibus de rebus uellēus tu tuis: ego meis inter nos cōmunicarēus. Postrēo ut āicicia nostra quæ sūmis officiis ab utroq; culta est: sed longis interuallis tēporis interruptā consuetudinē habuit cōfirmaret̄ uæhemētius. Id quādo non accidit utemur bono litteraꝝ & eadem fere absentes quæ si coram essemus cōsequemur. Vnus scilicet ille fructus qui in te uidēdo est percipi litteris non potest alter gratulationis est & is qdem exilior q̄ si tibi teipsū intuens gratularer. Sed tamen & feci ātea & facio nunc tibi que cum pro rerū magnitudine quas gessisti: tum pro opportunitate temporis gratulor quod te de prouintia decedētem summa laus & sūma gratia ꝓuintiæ ꝓsecuta est: Tertiū est ut id quod de nostris rebus coram cōmunicassēus inter nos cōficiāus idem litteris. Ego cæteraꝝ rerum causa tibi Romam ꝓperandū magnopere censeo. Nam & ea quæ reliqui trāquilla de te erant: & hac tua recenti uictoria tanta clarū aduentū tuū fore ītelligo: sed si quæ sunt onera tuorū: si tanta sunt: ut ea sustinere possis: ꝓpe nihil tibi erit lautius nihil gloriosius. Sin maiora consydera: ne in alienissimū tēpus cadat aduētus tuus huius rei totum consiliū tuū est. Tu ēim scis quid sustinere possis: si potes laudabile atque populare est. Sin plane non potes absens hominū sermones facilius sustiebis. De me autē idē tecū iis ago litteris quod supioribus egi: ut ōnes tuos neruos in eo cōtendas ne quid mihi ad hanc ꝓuinciā quam & Senatu & po. annuam esse uoluit temporis prorogetur. Hoc a te ita cōtēdo ut in eo fortunas meas positas putem habes Paulum nostrum nr̄i cupidissimū est Curio est Furnius. Sic uelim enitare quasi in eo sint mihi omnia. Extremū illud est de his quæ proposuerā cōfirmatio nostraæ amiciciæ de qua pluribus uerbis nihil opus ē. Tu puer me appetisti. Ego autem semper ornamēto te mihi fore duxi. Fuisti ē

præſidio triſtiſſimis meis tẽporibus. Acceſſit poſt tuum diſceſſum familiaritas mihi cum Bruto tuo maxima. Itaque in ueſtro ingenio & induſtria mihi plurimũ & ſuauitatis & dignitatis cõſtitutũ puto Id tu ut tuo ſtudio cõfirmes te uæhementer rogo litterasq; ad me & continuo mittas & cum Romam ueneris quamſaepiſſime. Vale

M. T. C. C. Caſſio S.d.p.

T ſi uterq; noſtrũ ſpe pacis & odio ciuilis ſanguinis abeſſe a belli ꝑtinacia uoluit tamen quãdo eius conſilii princeps ego fuiſſe uideor plus fortaſſe tibi præſtare ipſe debeo q̃ a te expectare Et ſi ut ſæpe ſoleo mecum recordari ſermo familiaris meus tecũ & item mecum tuus adduxit utrunq; noſtrum ad id conſiliũ ut uno prælio putaremus ſi non totam cauſam at certe noſtrum iudicium diffiniri cõuenire neq; quisq̃ hanc noſtram ſententiam uere unq̃ repræhẽdit. Prætereo q arbitrãt̃ melius eſſe deleri õnino Rẽpublicã q̃ iminutam & debilitatã manere. Ego autem ex interitu eius nullã ſpem ſcilicet mihi proponebã ex reliquis magnã. Sed ea ſunt cõſecuta ut magis mirũ ſit accidere illa potuiſſe q̃ nos non uidiſſe ea futura nec homines cum eſſemus diuinare potuiſſe. Equidẽ fateor meã cõiecturã hãc fuiſſe ut illo quaſi quodam fatali prælio facto & uictores cõmuni ſaluti cõſulere uellent & uicti ſuæ. Vtrunq; autẽ ꝓpoſitũ eſſe arbitrari ĩ celeritate uictoris. Quæ ſi fuiſſet eandẽ clemẽtiã experta eſſet africa quã cognouit aſia quam ẽt achaia & ut opinor ipſo legato & deprecatore. Amiſſis autem tẽporibus quæ plurimũ ualent præſertim in bellis ciuilibus interpoſitus annus alios ĩduxit ut uictoriam ſperarent alios ut ipſum uinci contẽnerent atq; horũ malorum omniũ culpam fortuna ſuſtinet: Quis enim aut alexãdrini belli tantam moram huic bello adiũctũ iri aut neſcio quem iſtũ pharnacem aſiae terrorẽ illatuꝝ putaret? Nos tamen in conſilio pari caſu diſſimili uſi ſumus tu enim eam partem petiſti ut & conſiliis intereſſes & quod maxime curam leuat futura animo pſpicere poſſes. Ego qui feſtinaui ut Caeſarẽ in italia uiderem. Sic enim arbitramur eumque multis honeſtiſſimis uiris conſeruatis redeuntem ad pacem currentẽ ut aiunt incitarẽ: ab illo longiſſime & abſum & abfui. Verſor autem in gemitu italiæ & in urbis miſerrimis querelis qbus aliquid opis fortaſſe ego pro mea tu pro tua pro ſua qsq; ꝑ te ferre potuiſſet ſi auctor affuiſſet. quare uelĩ ꝓ tua ꝑpetua erga me bẽiuolẽtia ſcribas ad me quid uideas quid ſẽtias quid expec

tandum quid agendũ nobis existimes magni erũt mihi tuæ litteræ atque utinam primis illis quas Luceria miseras paruissem sine ulla enim mea molestia dignitatem meam retinuissem. Vale

M . T . C . C · Cassio S.d.p.

Vto te iam suppudere cum hæc tertia iam epistola ãte te o/presserit quam tu syllabã aut litteram: sed non urgeo longio res enim expectabo uel potius exigam. Ego si semp haberẽ cui da/rem uel ternas ĩ hora darem. Fit enim nescio quid ut quasi coram adesse uideare cum scribo aliquid ad te. Neque id

ut dicunt tui amici noui qui putant etiam spectris caci/anis excitari nam ne te fugiat Catius. insuper Epicureus qui nup est mortuus. quæ illæ Gargatius etiam ante Democritus

hic spectra nõiat his autem spectris etiam si oculi possent feriri quod uelis ipsa currunt animus qui possit ego nõ ui deo doceas tu me oportebit cum saluus ueneris in mea ne potesta/te sit spectrũ tuũ ut simul ac mihi collibitũ sit de te cogitare illud occurrat. Neq; solũ de te q mihi hæres in medullis: sed si ĩsulã bri taniã cœpero cogitare eius mihi aduolabit ad pec tus sed hæc posterius tento enim te quo ãimo accipias. Si enim sto/machabere & moleste feres plura dicemus postulabimusq; ex qua hæresi in hõinibus armatis deiectus sis in eam restituare. In hoc in terdicto non solet addi in hoc anno. Quare si iam bienniũ aut triẽni um est cum uirtuti nunciũ remisisti. delinitus illecebris uoluptatis in integro res nobis erit. quanq̃ qui cum loquor cum uno fortissi/mo uiro qui posteaq̃ forum attigisti nihil fecisti nisi plẽissimũ am/plissimæ dignitatis. In ista ipsa metuo ne plus neruo rum sit q̃ ego putarim. Si modo eam tu ꝓbas quid tibi in mentem uenit inqes quia nihil habebã aliud quod scriberem de republi. enĩ nihil scribere possum neque enim quod sentio libet scribere. Vale

M . T . C . C . Cassio S.d.p.

Ræposteros habes tabellarios. & si me qdem nõ offendũt: sed tamen cum a me discedũt flagitant litteras cum ad me ueni/unt nullas afferunt. Atque idipsum facerẽt cõmodius si mihi aliqd spacii ad scribendũ darent: sed petasati ueniũt comites ad portam

expectare dicũt ergo ignoſces alteras habebis has breues ſed expec ta πάντα περι πάντων Et ſi qd ego me tibi purgo cũ tui ad me ĩ anes ueiant ad te cum epiſtolis reuertant̃.nos hic tamen ad te ſcri bam aliquid.D.Syllam patrẽ mortuũ habebãus alii a latrõibus alii cruditate dicebãt.populus non curabat cõbuſtũ enim eſſe cõſtabat hoc tu pro tua ſapiẽtia feres æquo animo.quanq̃ προσοπον κάλον καὶ άυτο ἄιρετον amiſimus.Cæſarem putabãt moleſte laturum uerentẽ ne haſta refrixiſſet Mindius Marcellus & Actius Pingmẽtarius ualde gaudebat ſe aduerſariũ pdidiſſe.De hiſpãia no ui nihil ſed expectatio ualde magna rumores triſtiores:ſed

Panſa noſter paludatus ad.iii.kl.Ianuarias pfectus eſt ut quis intelligere poſſet id quod tu nuper dubitare cœpiſti

eſſe.Nam ꝙ multos miſeriis leuauit & ꝙ ſe in his malis hominẽ præbuit mirabilis eum uiroꝝ bonorũ bẽiuolẽ/tia pſecuta ẽ.Tu ꝙ adhuc brũduſii moratus es ualde probo & gau/deo & mehercule puto te ſapienter factuꝝ ſi fueris.Nobis qdem qui te amamus erit gratum & amabo te cum dabis poſt hac aliqd domũ litteraꝝ mei memĩeris Ego nunq̃ quẽq̃ ad te cũ ſciam ſine meis litteris ire patiar.Vale

M.T.C.C.Caſſio S.d.p.

Ongior epiſtola fuiſſet niſi eo ipſo tempore petita eſſet a me cum iam iretur ad te longior autem ſi φαίλρόν aliquẽ habuiſſet.Nam σπουλάξειν ſine piculo uix poſſumus.Ridere igitur inqes poſſumus non me hercule facillime uerũtamen aliam aberrationẽ a moleſtiis nullam habẽus.Vbi igitur inqes phi/loſophia tua quidẽ in culina mea moleſta ẽ.Pudet enim ſeruire ita que facio me alias res agere:ne cõuiciũ Platonis audiam De hiſpania nihil adhuc certi nihil õnino noui.te abeſſe mea cauſa moleſte fero tua gaudeo.Sed flagitat tabellarius.Valebis igitur:meq; ut a puero feciſti amabis.

C.Caſſius M.Tull.Ci.S.d.p.

I uales bene eſt ego qdem ualeo. non mehercule in hac mea pegrinatione quidq̃ libentius facio q̃ ſcribo ad te:uideor enĩ cum præſente loq & iocari nec tamen hoc uſu uenit ppter ſpectra catina pro quo tibi pxima epiſtola tot ruſticos ſtoicos regeram:ut Catium athenis natũ eſſe dicas.Panſam noſtrũ ſecũda uolũtate ho

minem paludatũ exurexiſſe tum ipſius cauſa gaudeo:tũ mehercu le & omniũ noſtrũ.Spero enim hõines ĩtellecturos quanto ſit hõi/nibus odio crudelitas & quanto amori probitas & clæmẽtia atque ea quæ maxime mali petant & cõcupiſcãt ad bonos ꝑuenire.Diffi/cile eſt enim hõinibus perſuadere το καλὸν κὶα ἄυτό ἁιρετον eſſe ἡδονήν uero & διάξιαν uirtute iuſtitia parari & uerũ & ꝓbabile eſt.Ipſe enim Epicurus a quo omnes catii & amaſinii mali uerboꝝ interpretes ꝓficiſcunt̃ dicit οοὺκ ἔστι ἡδεωσ ἀνἒυ τουκάλοὺ κὶα δικάἰου ξῆν Itaq; & Pãſa qui ἡδονην:uirtutem retĩet & ii:q a uobis φιληδονοι uocantur ſunt φιλοίδικαὶοί omnesque uirtutes & colunt & retinent.Itaq; Sylla cuius iudiciũ probare debẽus:cum diſſentire philoſophos uideret non quæ ſunt quid bonũ eſſet.& omnia bona cœmit:cuius ego mortem forti mehercule ãimo tuli.nec tamẽ Cæſar diutius nos eum deſyderare patietur.Nam habet damnatos quos pro illo nobis reſtituat:nec ipſe ſectorẽ deſyderabit:cũ filium uiderit nunc ad rempu.redeam quid in hiſpãis gerat̃ reſcribe Peream niſi ſollicitus ſum:ac malo ueterem & clæmentem dominum habere q̃ nouum & crudelẽ expiri ſcis Gneus q̃ ſit fatuus ſcis quomodo crudelitatẽ uirtutem putet ſcis q̃ ſe ſemper a nobis deriſum putet:uereor ne nos ruſtice gladio uelit αντικτερὶσαι quid fiat ſi me diligis reſcribe.Hui q̃ uelim ſcire utrum iſtas ſollicito animo an ſoluto legas ſciam enim eodem tempore quid me facere oporteat ne longior ſim:uale me ut facis ama ſi Cæſar uicit cæleriter me expecta.Vale.

M.T.C.C. Trebonio S.d.p.

Ratorem meum:ſic enim inſcripſi Sabĩo tuo cõmendaui na/tio me hõinis ĩpulit:ut ei recte putarem niſi forte cãdidatoꝝ licẽtia hic quoq; uſus hoc ſubito cognomẽ arripuit & ſi modeſtus eius uultus ſermoq; conſtãs habere quiddam a curibus uidebatur ſed de Sabino ſatis tu mi Treboni quando ad amorẽ meum aliquã tum olim diſcedẽs addidiſti quo tolerabilius ferãus igniculũ deſyderii tui crebris nos litteris appellato.Atq; ita ſi idẽ fiet a nobis quã quam duæ cauſæ ſunt cur tu frequentior in iſto officio eſſe debeas q̃ nos.Primum quod olim ſolebãt qui Romæ erant ad ꝓuinciales aĩcos de repu.ſcribere:nunc te nobis ſcribere oportet res enim pu. iſtic eſt.Deinde quod nos aliis officiis tibi abſenti ſatisfacere poſſumus.Tu nobis niſi litteris:non uideo quare alias ſatisfacere poſſis. Sed cætera ſcribes ad nos poſtea.Nũc hoc primo cupio cognoſcere

iter:tuum cuiusmodi sit ad nos ubi Brutũ nostrum uideris q̃ diu si mul fueris. Deinde cum ꝓcesseris lõgius de bellicis rebus:de toto negotio ut exıstĩare possimus quo statu simus. Ego tãtum me scire purabo q̃tũ ex tuis litteris habebo cognitũ. Cura ut ualeas. meque ames amore ıllo tuo singulari. Vale

M. T. C. C. Trebatio S.d.p.

T epistolam tuam legi libenter et librũ libẽtissime. sed tamen in ea uoluptate hunc accepi dolorẽ:quod cum ĩcẽdisses cupiditatem meam cõsuetudınis augendæ nostræ nam ad amorẽ q̃dem nıhil poterat accedere tum discedıs a nobis meq; tanto desyderio afficis ut unã mıhi cõsolatıonẽ relinquas fore ut utrıusq; nostrum absentis desyderium crebris et longis epistolis leniatur ꝙ ego:non modo de me tibi spondere possum sed de te etiam mıhi. nullam enĩ apud me reliquisti dubitationẽ quãtũ me amares. nã ut ılla omittã quæ cıuitate teste fecisti cum mecum inimicicias cõmunicasti cum me cõtionibus tuis defendisti cum quæstor in mea atq; in publica causa cõsulum partis suscepisti cum tribuno plæbis questor nõ paruisti cui tuus præsertim collega pareret ut hec recẽtia quæ meminero semper obliuiscar quæ tua sollicitudo de me in armis quæ leticia in reditu:quæ cura:qui dolor cũ ad te curæ & dolores mei perferrent̃ brundusiũ deniq; te ad me uentuꝝ fuisse nisi subito in hispaniam missus esses. Vt hæc igitur omittã quæ mihi tanti æstimãda sunt q̃ti uitam æstimo & salutem meam liber iste quem mihi misisti quantã habet declaratiõnẽ amoris tui. Primũ quod tibi facetũ uidetur q̃dquid ego dixi quod aliis fortasse non idem Deinde quod illa siue faceta sint:siue sic fiunt narrante te & uenustissima q etiam anteq̃ ad me ueniatur risus omnis pœne consumit̃. Quod si in his scribendis nihil aliud nisi quod necesse fuit de uno me tam diu cogitauisses:ferreus essem si te nõ amarem. cum uero ea quæ scriptura ꝑsecutus es sine summo amore cogitare nõ potueris nõ possum existimare plus quemq̃ a seipso q̃ me a te amari:Cui quidem ego amori utinam cæteris rebus possem amore certe respondebo quo tamen ıpso tibi confido futurum satis. nunc ad epistolam uenio cui copiose & suauiter scripte nihil est qnod multa respondeam Primũ enim ego illas Caluo litteras misi non plus q̃ has:quas nunc legis existimãs exituras. Aliter enĩ scribimus quod eos solos quibus mittimus:aliter quod multos lecturos putamus. Deinde ingenim eius

melioribus extuli laudibus q̃ tu id uere potuisse fieri putas. Primũ quod ita iudicabã acute mouebatur genus quoddã sequebatur in quo iudicio lapsus quo ualebat tamẽ assequebat̃ quod ꝓbaret mul tæ erant & recõditæ litteræ: uis non erat ad eam igitur adhortabar In excitando autem & in acuendo plurimũ ualet si laudes eum quẽ cohortere: habe de Caluo iudiciũ & consiliũ meum. Consiliũ quod hortandi causa laudaui iudicium quod de ingenio eius ualde existi maui bene. Reliquũ est tuam ꝓfectionẽ amore prosequar reditum spe expectem absẽtẽ memoria colam. Omne desyderiũ litteris mit tendis accipiẽdisq; leniam. Tu uelim tua in me studia & officia mul tum tecum recordere: quæ cum tibi liceat: mihi nefas sit obliuisci non modo uirum bonum me existĩabis: uerũetiã te a me amari plu rimum iudicabis. Vale

MARCI. T. CICERONIS EPITOLARVM LIBER. XVI.

M. T. C. Tull. Tironi S. d. p.

Ide quãta in te sit suauitas: duas horas thirei fui mus Xenomẽes hospes tã te diligit: quã si uixerit tecum. Is omnia pollicitus ẽ quæ tibi essent opus facturũ puto: mihi placebat si firmior esses ut te leucadẽ deportares ut ibi te plane cõfirmares. ui debis quid Curio quid Lisoni quid medico place at. uolebam ad te Marionem remittere quem cum meliuscule tibi esset: ad me mitteres: sed cogitaui unas litteras Marionẽ afferre pos se: me autem crebras expectare. poteris igit̃ & facies si me diligis: ut quottidie sit Acastus in portu. Multi erunt quibus recte litteras dare possis qui ad me libenter perferant. Equidem patras euntem neminẽ prætermittã. Ego omnẽ spem tui diligẽter curãdi in Curio habeo nihil potest illo fieri humanius: nihil nostri amantius. ei te totum trade malo te paulo ualentẽ: q̃ statim imbecillũ uidere. Cura igitur nihil aliud nisi ut tu ualeas cætera ego curabo etiã atq; etiã uale. Leucade proficiscens sep. idus nouembris.

M. T. C. T. Tironi S. d. p.

Eptimũ iam diem corcyræ tenebãur. q. autem pater & filius Butroti soliciti eramus de tua ualitudine mirum in modum

nec mirabamur nihil a te litteraꝝ. His enim uentis istic nauigatur qui si essent nos corcyræ non sedereũs. Cura igitur te & confirma & cum cõmode & per ualutudinẽ & per anni tẽpus nauigare pote/ris ad nos amãtissimos tui ueni. Nemo nos amat qui te non diligit Carus omnibus expectatusq; uẽies. Cura ut ualeas: etiam atque etẽ Tiro noster. Vale Quintodecimo kalendas nouembris. Corcyræ

M. T. C. T. Tironi S.d.p.

Aulo facilius putaui posse me ferre desyderiũ tui: sed plane non fero & quanq̃ magni ad honorem nostrum interest: q̃primum ad urbem me uenire: tamen peccasse mihi uideor qui a te discesserim. Sed quia tua uoluntas ea uidebatur esse ut prorsus nisi confirmato corpore nolles nauigare: approbaui tuũ cõsilium Neq; nũc muto si tu ĩ eadẽm es sentẽtia. sin aute postea q̃ cibum cœpisti uideris tibi me posse consequi tuum consilium est. Marionem ad te comisi ut aut tecum ad me q̃primũ uẽiret aut si tu morarere statĩ ad me rediret. Tu autem tibi hoc psuade si cõmodo ualitudinis tuæ fieri possit nihil me malle q̃ te esse mecum. Si autem ĩtelliges opus esse te patris conualescendi causa paulum cõmorari nihil me malle q̃ te ualere. Si statim nauigas nos leucade cõsequere. Sin te confir/mare uis & comites & tempestates & nauem idoneam ut habeas diligenter uidebis. unum illud mi Tiro uideto: si me amas ne te Marionis aduentus & hic litteræ moueant quod ualitudini tuæ maxime cõducet si feceris maxime obtẽperaris uolũtati meæ. Hæc pro tuo ingenio considera. nos ita te desideramus: ut amemus. Amor ut ualentem uideamus hortatᷣ desyderiũ ut q̃primũ. Illud igitur potius Cura ergo potissimum ut ualeas. De tuis innũerabilibus ĩ me officiis: erit hoc mihi gratissimũ Ter. no. nouembris

M. T. C. T. Tironi S.d.p.

on queo ad te nec libet scribere: quo animo sim affectus tãtũ scribo & tibi & mihi maxime uoluptati fore: si te firmum q̃ primum uidero: tertio die abs te ad aluciam accesseramus: is locus est citra leucadẽ stadia. cxx. Leucade aut te ipsum aut tuas litteras a Marione putabam me accepturum. Quantum me diligis: tantũ fac ut ualeas uel quantũ te a me scis diligi. Nonis nouẽbris aleucia

M. T. C. T. Tironi S.d.p.

Os apud Aluciam ex quo loco tibi litteras ante dederāus unū diem cōmorati sumus q.q.nos consecutus non erat. Is dies fuit nonæ nouembris. Inde ante lucem proficiscētes āte diem octa uam idus no. has litteras dedimus. Tu si nos omnes amas & præci pue me magistrum tuum confirma te. Ego ualde suspēso animo ex pecto te primū scilicet: Deinde Marionē cū tuis litteris omnes cu/ pimus: ego inprimis q̄primum te uidere: sed mi Tiro ualētem. qua re nihil pperaris satis quottidie uidero si ualebis. utilitatibus tuis possum carere te ualere tua causa primū uolo: tū mea mi Tiro vale

M. T. C. T. Tironi S.d.p.p

Arie sum affectus tuis litteris ualde priore pagina pturbatus paulū altera recreatus. Quare nunc qdem non dubito quin quo plane ualeas te neque nauigationi: neque uiæ cōmittas. Satis enim te mature uidero: si plane confirmatum uidero. De medico & tu bene existimari scribis & ego sic audio. Sed plane curationes eius non probo Ius enim dandum tibi non fuit: cum esses: sed tamen & ad illum scripsi accurate. & ad Lisonem. Ad Cu rium uero suauissimū hōinem & sūmi officii sūmmaeq; hūanitatis multa scripsi. In his etiam ut si tibi uideret̃ te ad se transferret. Li so enī noster uereor ne negligētior sit. Primū quia omnes græci de inde q cum a me litteras accepisset mihi nullas remisit: sed eum tu laudas. tu igitur quid faciendū sit iudicabis. Illud mi Tiro te rogo sumptui ne parcas ulla in re qua ad ualitudinē opus sit. Scripsi ad Curium quod dixisses daret medico ipsi puto aliqd dandū ēē quo sit studiosior. Innūerabilia tua sunt ī me officia: domestica: forēsia urbana puincialia in re priuata: in repu. in studiis: ī lr̄is nr̄is ōnia uiceris si ut spero te ualidū uidero. Ego puto te belissime si recte e rit: cum quæstore Mescinio decursu nō in hūanis est: teque ut mi hi uisus est diligit & cum ualitudini tuæ diligētissime cōsuleris. tū mi Tiro cōsulto nauigatiōi nulla ī te iam te festiare uolo: nihil labo ro: nisi ut saluus sis. Sic habeto mi Tiro neminē ēē qui me amet qn idem te amet: ut cum tua & mea maxīe interest te ualere: tum mul tis est curae adhuc dum mihi nullo loco deesse uis nunq̄ te confir/ mare potuisti Nunc te nihil impedit omnia depone: corpori serui: quantā diligētiā in ualitudinē tuā cōtuleris: tanti me fieri a te iudi

cabo. Vale mi Tiro uale: uale & salue. Lepta tibi salutē dicit: & oēs uale. sex. idus nouēbris leucade.

M . T . C . T . Tironi S.d.p.

Ertiam ad te hanc epistolam scripsi eodem die magis instituti mei tenendi causa quia nactus eram cui darem: q̄ quo haberem quid scriberem. Igitur q̄tum me diligis: tantum adhibe in te diligentiæ: ad tua innumerabilia in me officia: Adde hoc quod mihi erit gratissimū omniū cum ualitudinis rationē ut spero habueris habeto et̄ nauigatiōis. In italiam euntibus omnibus ad me lr̄as dabis: ut ego euntem patras neminem prætermitto. Cura te mi Tiro q̄do nō cōtingit ut simul nauigares: nihil ē quod festines nec qdq̄ cures: nisi ut ualeas et̄: atq; et̄ uale. Sep. idus nouēbr. actio uespi.

M . T . C . Tull. Tironi S.d.p.

Agne nobis est solicitudini ualitudo tua. Nam tam&si qui ueniunt ἀκίνδυνα μεν χρονιώτερα δε nūciāt: tamē in magna cōsolatiōe ingens est solicitudo: si diutius a nobis ab futurus es Is cuius usū & suauitatē desiderādo sentimus. Attāen quanq̄ uidere te tota cogitatiōe cupio: tamē te penitus rogo ne te tā lōge nauigatiōi & uie per hiemem nisi bene firmum committas neue nauiges: nisi explorate. Vix in ipsis tectis & oppidis frigus infirma ualitudine uitatur nedum in mari & uia sit facile abesse ab iniuria temporis ψῦχοσ δε ἰσχνῷ χρωτὶ πολεμιώτατον inquit euripides cui tu quātū credas nescio. Ego certe sigulos eius uersus sigula eius testimonia puto. Effice si me diligis: ut ualeas & ut ad nos firmus & ualēs q̄primū uēias. ama nos & uale. qntus frater tibi salutē plurimā dicit.

M . T . C . T . Tironi S.d.p.

Os a te ut scis discessimus ad quar. no. nouē. leucadē uēimus ad octa. idus nouē. ad sep. Actiū ibi propter tēpestatē ad sex. idus morati sūus. Inde ad quī. idus corcyrā bellissime nauigauimus Corcyræ fuīus usq; ad decimūsextū. kl. decē. tēpestatibus retēti ad xii. kl. decēbris. e portu corcyreo᷑: ad cassodē stadia cxx. ꝓcessimus ibi retētis uentis fuīus usque ad nonū kl. īterea qui cupide ꝓfecti sunt multi naufragia fecerunt nos eo die cœnati soluimus. Inde austro lenissimo cælo serēo nocte illa & die postero in italiā ad hidrū/

tem ludibundi peruenimus eodéq; uento postridie id erat ad sep. kl. decẽbris hora quarta brundusium uenimus eodéq; tempore simul nobiscum in oppidum introiit. Terẽtia quæ te facit plurimi Ad qn tum kl. decembris seruus Gn. Plancii brundusii tandem aliquando mihi a te expectatissimas litteras reddidit datas idibus. no. quæ me molestia ualde leuarunt utinã õnino liberassent sed tamen Ascalpo medicus plane cõfirmat propediem te ualentem fore Nunc quidẽ ego te hortor: ut omnem diligentiam adhibeas ad conualescendum tuam prudentiam: temperantiã: amorem erga me noui. Scio te om nia facturum: ut nobiscum q̃primũ sis. Sed tamen ita uelim ut ne quid properes. Symphoniam Lisonis uellem uitasses ne ĩ quartam hebdomodã incideres. Sed quando pudori tuo maluisti obsequi q̃ ualitudini reliqua cura. Curio misi ut medico honos haberet̃ & tibi daret quod opus esset me cui iussisset curaturum. Equũ & mulum brundusii tibi reliqui. Romæ uereor ne ex. kl. ianuarii magni tumul tus sint Nos agemus omnia modice Reliquum est ut te hoc rogem et a te petam ne temere nauiges. Solẽt nautæ festinare quæstus sui causa cautus sis mi Tiro Mare magnum & difficile tibi restat si po teris cum Mescinio caute is solet nauigare Si minus cum honesto aliquo hõine cuius auctoritate nauicularius moueatur In hoc om nem diligẽtiam si adhibueris teq; nobis incolumem feceris: omnia a te habebo. Etiam atq; etiam noster Tiro uale. Medico Curio Lisoni de te scripsi diligentissime. Vale salue:

M. T. C. T. Tironi S.d.p.

T si opportunitatẽ operæ tuæ omnibus locis desidero: tamen non tam mea q̃ tua causa doleo te non ualere. Sed quando in quartanam conuersa uis est morbi sic enim scribit Curius spero te diligẽtia adhibita etiam firmiorem fore Modo fac id quod huma/ nitatis tuæ est ne quid aliud cures hoc tempore nisi ut q̃ cõmodissi me conualescas. Non ignoro quantũ ex desiderio labores: sed erunt omnia facilia si ualebis festĩare te nolo ne nauseæ molestiã suscipias æger & periculose hieme nauiges. Ego ad urbem accessi pridie no. ianuarias obuiam mihi sic proditum est: ut nihil fieri potuerit ho/ noratius. Sed incidi ĩ ipsam flammam ciuilis discordiæ uel potius belli: cui cum cuperẽ mederi & ut arbitror possem cupiditates cer torum hominum. Nam ex utraq; parte sunt: qui pugnare cupiant inpedimento mihi fuerũt õnino Et ipse Cæsar amicus noster minaces

ad ſenatum & acerbas litteras miſerat & erat adhuc impudens qui exercitum & prouinciam inuito ſenatu teneret:& Curio meus illũ incitabat Antõius qdem noſter &.q.Caſſius nulla ui expulſi ad Cæſarem cum Curiõe ꝓfecti erant.Poſteaq̃ Senatus cõſulibus prætoribus tribunis plebis & nobis q ꝓconſules ſumus negotiũ dederat ut curaremus ne quid Reſpu.detrimenti caperet nunq̃ maiore in periculo ciuitas fuit nunq̃ improbi ciues habuerunt paratiorẽ ducem omnino ex hac quoq; parte diligentiſſime comparatur.Id fit auctoritate & ſtudio Pompeii noſtri qui Cæſarẽ ſero cœpit timere nobis inter has turbas ſenatus tamen frequens flagitauit triũphũ ſed Lẽtulus conſul quo maius ſuum beneficium faceret ſimulatq; expediſſet quæ eſſent neceſſaria de Repub.dixit ſe relaturum.Nos agimus nihil cupide eo q; eſt noſtra pluris auctoritas Italiæ regiones deſcriptæ ſunt quam quiſque partem tueretur.Nos capuam ſumpſimus hæc te ſcire uolui.Tu etiam:atque etiam cura ut ualeas litterasque ad me mittas quotiẽſcũque habebis cui des.Etiam atq; etiam uale.Datum pri.idus ianuarii

M.T.C.T.Tironi S.d.p.

Vo in diſcrimine uerſetur ſalus mea & bonoꝝ omniũ atque uniuerſæ reipu.ex eo ſcire potes:q; domos noſtras & patriã ipſam uel diripiẽdã uel inflãmandã reliqmus.In eum locum res deducta eſt:ut niſi quis deus uel caſus aliquis ſubuenerit ſalui eſſe nequeamus.Equidem ut ueni ad urbem non deſtiti omnia & ſentire & dicere & facere:quæ ad concordiã ptinerent:ſed mirus inuaſerat furor:non ſolum improbis:ſed etiam iis qui boni habentur ut pugnare cuperent me clamãte nihil eſſe bello ciuili miſerius.Itaq; cũ Cæſar amentia quadam raperetur & oblitus nominis atque bonorum ſuoꝝ ariminũ piſauꝝ anconã aretiũ occupauiſſet urbem reliquimus quam ſapiẽter aut q̃ fortiter nihil attinet diſputare.Quo qdẽ in caſu ſumus:uides.Ferunt̃ omnino cõditiones ab illo:ut Pompeius eat in hiſpaniam delectus qui ſunt habiti et præſidia nr̃a dimittantur ſe ulteriorẽ galliam domitio citeriorẽ conſidio nouiano His enim obtigerunt traditurũ ad cõſulatus petitionẽ ſe uentuꝝ neque ſe iam uelle abſente ſe rationẽ haberi ſuam ſe præſentẽ trium nũdinũ petituꝝ:Accepimus cõditiões:ſed ita ut remoueat præſidia ex his locis quæ occupauit ut ſine metu de his ipſis cõditiõĩbus romæ Senatus haberi poſſit.Id ille ſi fecerit ſpes ẽ pacis nõ honeſte leges

enim imponũtur:sed qduis est melius q̃ sic esse ut sumus.Sin autẽ ille suis conditiõibus instare uoluerit:bellũ paratũ est:eiusmodi ta/men quod ille sustinere non possit præsertim cum a suis conditio/nibus ipse fugerit:tãtummodo ut eum intercludamus ne ad urbẽ possit accedere quod sperabamus fieri posse.Delectus enĩ magnos habebamus:putabamusq; illũ metuere si ad urbem ire cœpisset:ne gallias amitteret quas ambas habet inimicissimas præter transpa/danos.Ex hispaniaq; sex legiones:& magna auxilia Affrãio & petre/io ducibus habet a tergo uidetur si ĩsaniet posse opprimi modo ur be salua.Maximã autem plagam accepit q̧ is qui sũmã auctoritatẽ in illius exercitu habebat Titus labienus,eius socius sceleris esse no luit:reliquit illum & nobiscũ est:multiq; idem facturi esse dicuntur ego adhuc oræ maritimæ præsum a formiis nullum maius negociũ suscipere uolui quo plus apud illum meæ litteræ cohortationesque ad pacem ualerent.Sin autem erit bellũ uideo me castris & certis legionibus præfuturum habeo etiam illam molestiam q̧ Dolobella noster apud Cæsarem est.Hæc tibi nota esse uolui quæ caue ne te p turbent & impediant ualitudinem tuam.Ego aulo uarroni quem q̃ amantissimum mei cognoui:tum etiam ualde tui studiosum diligẽ tissime te commendaui ut & ualitudinis tuæ rationem haberet & nauigationis & totum te susciperet ac tueretur quem omnia factu rum confido recepit enim & mecum locutus est suauissime tu quã do eo tempore mecum esse non potuisti quo ego maxime operam & fidelitatem desideraui tuam caue festines aut committas:ut aut æger aut hieme nauiges.Nũquam ego sero te uenisse putabo:si sal/uus ueneris.Adhuc neminem uideram qui te postea uidisset:quam M.Volusius a quo tuas litteras accepi quod non mirabar neq; enĩ meas puto ad te lrãs tanta hieme pferri.Sed da operam ut ualeas & si ualebis cum recte nauigari poterit:tũ nauiges. Cicero meus in Formião erat Terentia & Tullia Romæ.Cura ut ualeas quar.kl. fe.capua.

M.T.C.T.Tironi S.d.p.

Go uero cupio te ad me uenire:sed uiam timeo:grauissime æ grotasti ĩedia & purgatiõibus & ui ipsius morbi cõsumptus es graues solent offensiões esse ex grauibus morbis:si qua culpa cõ missa est.Iam ad id biduũ quod fueris in uiaidum in cumanũ uene ris accedẽt cõtinuo ad reditum dies qnque.Ego ĩ formiano ad ter. kl.esse uolo.ibi te ut firmũ offendã mi Tiro effice.Litterulæ meæ si

ue nostræ tui desyderio oblāguerūt.Hac tamē epistola quā Acastus attulit oculos paululū sustulerūt.Pompeius erat apud me cum hoc scribebam hilare & libēter ei cupiēti audire nr̄a dixi:sine te omnia mea muta esse tu musis nostris para:ut operas reddas nostra ad di em dicta fient.Docui enī te fides quod haberet.fac plane ut ualeas:nos ad sūmum uale.xiiii.kl.Ianuarii

M . T . C . T . Tironi S.d.p.p

Gypta ad me uēit pridie idus aprilis.Is & si mihi nunciauit te plane febri carere & belle habere :tāen quod negauit te po tuisse ad me scribere curā mihi attulit eo magis quod Herēia quē eodem die uenire oportuerat nō uenerat.Incredibili sum solicitudi ne de tua ualitudine qua si me liberaris ego te omni cura liberabo Plura scriberem si iam putarem libenter te legere posse Ingenium tuum quod ego maximi facio confer ad te mihi tibi que conseruan dum.Cura te eē atq; eē diligēter.Vale.Scripta iā epistola: Herinia uenit.Accepi tuam epistolā uacillātibus litterulis:nec mirum tam graui morbo.Ego ad te ægyptā misi ꝙ nec in hūanis est & te uisus est mihi diligere ut is tecū esset & cum eo coquū quo uterere.Vale

M . T . C . Tull. Tironi S.d.p.

Ndricus postridie ad me uēit q̄ expectarē.Itaque habui noc/ tem plēam timoris ac miseriæ.Tuis litteris nihilo sum factus certior quomodo te haberes:sed tamē sum recreatus.Ego omni de/ lectatiōe litterisq; omnibus careo.quas anteq̄ te uidero:attigere nō possum Medico mercedis quantū poscet promitti iubeto.id scripsi ad Mumiū.Audio te animo angi & medicū dicere ex eo te laborare Si me diligis:excita ex somno tuas litteras humāitatemq; ꝓpter q̄ mihi es carissimus Nūc opus est te animo ualere ut corpore possis Id cum tua:tum mea causa facias a te peto.Acastum retine quo cō modius tibi ministretur.Conserua te mihi dies promissorum adest quē etiā represētabo si adueneris etiā atq; etiā uale.iii.idus aprilis

M . T . C . T . Tironi S.d.p.

Mnia a te data mihi putabo:si ualentem uidero summa cura expectabam aduentum Menandri quem ad te miseram Cura

si me diligis ut ualeas:et cũ te bene cõfirmaris ad nos uenias. Vale iiii. idus aprilis

q . T . C . M . T . . C Fratri S.d.p.

E Tirõe mi Marce ita te meumq; Ciceronẽ & meam Tulliolã tuũque filium uideam ut mihi gratissimũ fecisti cum eum ĩ dignũ illa fortũa ac nobis amicũ quã seruũ esse maluisti. Mihi cre de tuis & illius litteris perlectis exilui gaudio:& tibi ago gratias:& gratulor. Si enim mihi Satii fidelitas est tantæ uoluptati:q̃ti esse in isto Hæc eadem bona debent additis litteris & sermonibus hũanita te:quæ sunt his ipsis cõmodis potiora. Amo te omnibus equidem de maximis causis uerumetiam propter hanc:uel quod mihi sic ut debuisti nuntiasti. te totum in litteris uidi Sabini pueris & promi si õnia & faciã. vale

M . T . C . T . Tironi S.d.p.

Ideo quid agas tuas quoq; epistolas uis referri ĩ uolũina:sed heus tu qui καρων esse meoꝝ scriptoꝝ soles unde illud tã ἀκύ ρων ualitudini fideliter ĩseruiẽdo: Vnde ĩ istum locum fideliter ue nit cui uerbo domiciliũ est ꝓpriũ in officio:migratiões in alienũ multæ. nã & doctrina & domus & ars & ager etiã fidelis dici potest ut sit quomodo Theophrasto placet uerecũda trãslatio. Sed hæc co ram. Demetrius uenit ad me quo qdem comitatu ἀφωμιλῆσα sa/ tis scis:& tu eum uidelicet non potuisti uidere cras aderit uidebis igitur. Nam ego hic pendie mane cogito:ualitudo tua me ualde so licitat:sed ĩserui & fac omnia tum te mecum esse:tum mihi cumu latissime satisfacere putato. Cuspio ꝙ operam dedisti mihi gratum est. ualde enim eius causa uolo. Vale

M . T . C . T . Tironi S.d.p.

Vid agitur non sic oportet eqdem censeo sic addendũ ẽ suo sed si placet ĩuidia uitetur:q̃ qdem ego sæpe cõtempsi διαφ ωνῆσιν tibi gaudeo ꝓfuisse. Si uero etiam tusculanũ dii boni:quãto mihi illud erit amabilius. Sed si me amas quod qdem aut facis:aut ꝓbelle simulas:quod tamen in modũ procedit. Sed ut est ĩdulge ua litudini tuæ. Cui qdem tu adhuc dum mihi deseruis:seruiuisti non satis ea quæ postulet nõ ignoras πεψὶν αλυπὶαν πέρὶ πατον σύμ μετρον τερψὶν ἐυλεξὶαν fac bellus reuertare non modo te:sed etiã

tuſculãũ nr̃ũ plus amẽ parhediɋ excita ut ortũ ipſe cõducat ſic oli torẽ ipſũ cõmouebis. Elico neqſſimus ff. cc. dabat nullo aprico orto nullo ẽiſſario nnlla maceria nulla caſa Is ne nos tãta ĩpẽſa derideat caleface hominem ut ego motonem Itaq; abutor coronis de crabra quid agatur & ſi nunc quidem etiam nimiũ ẽ aquæ tamen uelĩ ſcire Horologiũ mittam & libros ſi erit ſudum: ſed tu nullos ne tecũ libellos an pangis aliquid ſophocleũ fac opus appareat. Aliguribus Cæſaris familiaris mortuus eſt bõus homo & nobis amicus te quãdo expectemus fac ut ſciam Cura te diligenter. Vale

M . T . C . Tull. Tironi S.d.p

Xpecto tuas litteras de multis rebus teipſum multo magis Demetrium redde noſtrum & aliud ſi quid potes bõi de Aufidiano nomine nihil te hortor ſcio tibi curæ eſſe ſed cõfice & ſi ob eam rem moraris accipio cauſam ſi te id non tenet: aduola litteras tuas ualde expecto. Vale

M . T . C . T . Tironi S.d.p.

Olicitat ita uiuam me tua mi Tiro ualitudo: ſed confido ſi diligentiam quam inſtitituiſti adhibueris cito te firmum fore libros compone iudicẽ cũ metrodoro libebit quando eius arbitratu uiuẽdũ eſt cum Olitore ut uidetur tu potes kl. expectare gladiatores poſtridie redire. & ita cenſeo uerum ut uidebitur. Cura te ſi me amas diligẽter. uale

M . T . C . M . T . C . F . T . Tironi S.d.p.

Vm uehemẽter tabellarios expectarẽ quottidie: aliquãdo uẽerunt poſt diem. xl. & ſextũ: q̃ a nobis diſceſſerãt quoɋ mihi fuit aduẽtus optatiſſimus. Nam cum maximã cœpiſſem lætitiã ex humaniſſimi & cariſſimi patris epiſtola tum uero iocũdiſſimæ tuæ lr̃æ cumulũ mihi gaudii attulerũt Itaq; me iam non pœnitebat ĩtercapedinẽ ſcribẽdi feciſſe: ſed potius lætabar. Fructũ enim magnũ hũanitatis tuæ capiebam ex ſilentio mearum litterarũ. uehemẽter igit̃ gaudeo te meam ſine dubitatinoe accepiſſe excuſationem gratos tibi optatoſq; eſſe qui de me rumores afferunt̃ nõ dubito mi dulciſſime Tiro præſtaboq; & enitar. ut in dies magis magiſq; hæc naſcẽs de me duplicet̃ opinio. Quare quod polliceris te buccinatorẽ fore exiſtĩatiõis meæ firmo id conſtãtiq; animo facias Licet tantum enĩ

mihi dolorem cruciatumq; attulerunt errata ætatis meæ:ut nõ solũ ãimus a factis:sed aures quoq; a cõméoratiõe abhorreant cuius te solicitudinis & doloris participé fuisse notum exploratũq; est mihi nec id mirum. Nam cum omnia mea causa uelles mihi successa:tũ etiam tua sociũ enim te meoꝶ cõmodoꝶ semꝑ esse uolui. Quo modo igitur tum ex me doluisti nunc ut duplicet̃ tuum ex me gaudiũ præstabo. Cratippo me scito non ut discipulũ:sed ut filium esse cõiũctissimũ. Nam cum & audio illum libẽter:tum etiam eius ꝓpriã suauitaté uæbementer amplector sum totos dies cũ eo noctesq; sæpenumero partem exoro enim ut mecũ q̃ sæpissime cœnet. Hac introducta cõsuetudine sæpe ĩscientibus nobis & cœnantibus obrepit sublataq; seueritate philosophiæ humaĩssime nobiscum iocatur quare da opam ut hunc talem tam iocundum tam excellentem uirum uideas q̃primum. nam quid ego de Bruto dicam quem nullo tempore a me patior discedere cuius cum frugi seueraq; est uita:tum etiam iocundissima coniunctio non est enim seiunctus locus a philologia et quottidiana συζήτησει Huic ego locum in proximo cõduxi et ut possum ex meis angustiis illius sustento tenuitaté. Praeterea declamitare græce apud Cassiũ ĩstitui latĩe autem apud Brutum exerceri uolo. Vtor familiaribus & quottidianis cõuictoribus quos secum mitilenis Cratippus adduxit hoĩbus & doctis & illi probatissimis Multum etiam mecum est Epicrates prĩceps atheniensium & leonides & horum cæteri similes τά μεν οὖν καθήμασ τά δε. De gorgia autem quod mihi scribis erat qdem ille in quottidiana declamatiõe utilis:sed omnia postposui dũmodo praeceptis patris parere διαρρήδην enim scripserat ut eũ dimitterẽ:statim tergiuersari nolui:ne mea animi σπουδὴ suspicioné ei aliq̃ ĩportaret Deinde illud etiã mihi sucurrebat graue esse me de iudicio pr̃is iudicare. tuum tamen studiũ & cõsilium gratum acceptũq; est mihi. Excusationé angustiaꝶ tui tẽporis accipio. Scio enim q̃ soleas esse occupatus. Emisse te prædiũ uæbemẽter gaudeo feliciterq; tibi rem istã euenire cupio. Hoc loco me tibi gratulari noli mirari. Eodem enim fere loco tu quoque emisse te fecisti me certioré habes ubi deponẽdæ sunt urbãitates rusticus romãus factus es:quomõ ego mihi nũc ante oculos tuũ iocundissimũ cõspectũ ꝓpono uideor enim uidere ementé te rusticas res cum uillico loquẽté in lacinia:seruãté ex mẽsa secũda semĩa. Sed quod ad rem ꝑtinet me tũ tibi defuisse æque ac tu doleo. Sed noli dubitare mi Tiro quin te subleuaturus sim. si modo fortuna me præsertim cum sciam cõmunem nobis emptum

esse istum fundū:de mādatis ꝙ tibi curæ fuit est gratum.Sed peto a te ut q̄celerrime mihi librarius mittatur maxime quidē græcus Multum enim mihi eripitur operæ in excribendis hypomnematis Tu uelim in primis cures ut ualeas ut una ὑπομνηματοις possi mus.Antherum tibi commendo.Vale

M . T . C . T . Tironi S.d.p.

Pero ex tuis litteris tibi melius esse cupio certe cui quidē rei omni ratione cura ut inseruias & caue suspiceris contra meā uoluntatem te facere:ꝙ non sis mecum:mecū es si te curas quare malo te ualitudini tuæ seruire:quā meis oculis & auribus & si enī & audio te & uideo libenter:tamen hoc multo erit si ualebis iocūdi/us.Ego hic cesso quia ipse nihil scribo:lego autem libentissime.Tu istic si quid librarii mea manu non ītelligent mōstrabis una omnīo interpositio difficilior est q̄ ne ipse qdem facile legere soleo.De qua drimo Catone.De Trielio cura ut facis:tertia aderit modo ne pu blius rogatus sit.Demetrius iste nūq̄ omnino Phallereus fuit:sed nunc plane Bulienus est.Itaque te do uicariū.tu eum obseruabis. Et si uerūtamē de illis nosti cætera sed tamen si quem cum eo ser/monem habueris:scribes ad me ut mihi nascat̄ epistolæ argumētū & ut tuas q̄lōgissīas lr̄as legā.cura mi Tiro ut ualeas.hoc mihi gra tius facere nihil potes Vale

M . T . C . Tull. Tironi S.d.p

V uero confice promissionem si potes.& si hæc pecunia ex eo gēere ē:ut ꝓfessiōe non egeat:uerumtamē est Balbus ad me scripsit tanta se epiphora oppressum ut loqui non possit Antonius de lege quid egerit:liceat modo rusticari ad bitinicū scripsi de Ser uilio tu uideris qui senectutem non contemnis.& si Atticus noster qui quondam me commoueri πανῆχοις intellexit idem semper putat nec uidet quibus præsidiis philosophiæ septus sim si me Her cule ꝙ timidus ipse ē θορυβοποιεῖ Ego tamen Antonii inueteratā sine ulla offensione amiciciam retinere sane uolo scribamq; ad eum sed non anteq̄ te uidero nec tamen te aduoco ad syngrapham cras expecto Leptā etenim ad cuius rutam pleio mihi tui sermonis utē/dum est.Vale

M . T . C . T . Tironi S.d.p.

T si mane Harpalū miserā:tāen cū haberē cui recte darē lr̄as & si noui nihil erat:iisdem rebus uolui ad te sæpius scribere. non qn cōfiderē diligētiæ tuæ:sed rei magnitudo me mouebat. Mihi prora & pupis ut græcorum prouerbium est fuit a me tui dimittendi ut rationes nostras explicares. Offilio & Aurelio utiq; satisfiat a flamma si non potes omēm partem aliquam uelim extorqueas In primisq; ut expedita sit pensio. ka. ia. de attributiōe conficies de repræsetatiōe uidebis de domesticis eius hactēus de publicis omnia mihi certa Quid Octauius quid Antonius quæ hominū opinio qd futurū putes ego uix teneor qui accurā Sed lr̄as tuas expecto & scito Balbū tū fuisse aqni cū tibi ē dictū & postridie. Hirtiū puto utriq; ad quas sed quod egerit Dolobellæ ꝓcuratores: fac ut admoueat̄ appellabis et̄ pappiā. valle M. T. C. F. T. Tiro. S. d. p.

T si iusta & idōea usus es excusatiōe itermissiōe lr̄aꝝ tuaꝝ tamē id ne sæpius facias rogo. Nā si & de reip. rūoribus & nūciis certior fio & de sua i me uolūtate sēp ad me pscribit pater tamē de quauis minīa re scripta a te ad me epistola sēp fuit gratissīa quare cū i prīis tuas desiderē lr̄as noli cōmittere ut excusatiōe potius expleas officiū scribēdi cū assiduitate lr̄aꝝ Vale

q. T. C. T. Tironi S. d. p.

Erberaui te cogitatiōis tacito dūtaxat cōuicio ꝙ fasciculus alter ad me iā sie tuis lr̄is platus ē nō potes effugere huius culpæ pœnā te patrōo. M. ē adhibēdus isq; diu & multis lucrubratiōibus cōmētata oratiōe uide ut ꝓbare possit te nō peccasse. Plāe te rogo sicut olī matrē nr̄ā facere mēini quæ lagēas et̄ iāes opsigābat ne dicerēt̄ iāes aliquæ fuisse quæ furti essēt exicatæ Sic tu et̄ si quid scribas nō habebis Scribito tāē ne furtū cessatiōis quæsiuisse uidearis ualde ēi mihi sēp & uera & dulcia tuis epistolis nūtiāt̄. ama nos & Vale q. T. C. T. Tironi S. d. p.

Irificā mihi uerberatiōē cessatiōis epistola dedisti nā quæ partius frat̄ pscripserat uerecūdia uidelicet & ꝓperatiōe ea tu sie assentatiōe ut erāt ad me scripsisti. & maxīe de cōsulibus designatis quos ego pēitus noui libidiū & lāgoris effemīatissimi aī plēos q nisi a guberāculis recesserīt maxiū ab ūiuerso naufragio piculū ē i credibile ē quæ ego illos scio oppositis galloꝝ castris iæstiuis fecisse quos ille latro nisi aliqd firīus fuerit societate uitioꝝ declīiet. res ē aut tribūitiis aut priuatis cōsiliis mūiēda nā isti duo uix sūt digni qbus alteri scēā alteri corsutiāaꝝ taberāꝝ fūdamēta credas. Te ūt dixi fero oculis ego uos ad. iiii. kl. uidebo tuosq; oculos et̄ si te uēiēs i medio foro uidero dissuauiabor. Me ama. Vale FINIS

.MEDIOLANI.






PRO CHRISTO ET PATRIA